



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipué desumpta

In Qvo Agitvr Nominatim De Sacerdotibus, Confessarijs, Magistris siue  
Doctoribus, Concionatoribus, Episcopis & alijs Prælatiſ, eorumque  
Ministerijs - In ſeptem Tractatus distributus ...

**Puente, Luis de la**

**Coloniæ Agrippinæ, 1629**

Tractatvs Primvs. De Sacramento Ordinis, & Statu Sacerdotali; ac  
perfectione omnium Ecclesiasticorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45750](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45750)



TRACTATUS PRIMVS  
DE SACRAMENTO ORDINI,  
ET STATV SACERDOTALI;  
AC PERFECTIO NE OMNI VM  
Ecclesiasticorum.

CAPVT I.

ECCLESIASTICAM HIERARCHIAM INNITI  
*Sancto Ordinis Sacramento; & gradus aliquos habere.*



ECCLESIASTICA RES PVBL. quam Christus Dominus noster in vniuersali sua Ecclesia instruit, est suprema omnium, quæ sunt in terra. Cuius excellentiam insinuauit S. Dionysius Areopagita indito ei nomine HIERARCHIÆ, quod Sacrum Principatum significat: eò quod sit congregatio & coniunctio multarum Personarum consecratarum obsequio vnus Principis, Christi scilicet veri Dei & hominis: Cuius gubernationi illæ subijciuntur in varijs Statibus, Officijs, ac Ministerijs: quæ omnia sacra sunt, cœlestia, ac Diuina; & ad duos præcipuè fines ordinata, & constituta.

PRIMVS FINIS est, vt ipsum honorent & glorificent, offerentes Sanctissimum corporis, Sanguinisque eius pretiosissimi Sacrificium, cum decentia ac reuerentia, debita Maieitati illius Domini, qui in supremo illo mysterio latet: quod Sanct. Dionysius Sacramentum Sacramentorum appellat. Quod si a *ubicunque fuerit corpus, illic congregantur & aquile;* nihil mirum, quod, vbi est naturale & verum Saluatoris ipsius corpus, ministrorum eius aquilæ cõgregentur: non solum vt eius carne alantur, & sanguine reficiantur; sed etiam, vt eum pro meritis honorent ac venerentur. Cumque Reges terreni habeant semper in aula & Curia sua magnam nobilitatem famulorum multitudinem, ipsis inferuentium, & in eius conspe-

*Lib. de Eccl. Hierarch. S. Thomas 1. p. q. 108. art. 1.*

*De Eccles. Hierarch. c. 3. Mat. 24. 28*



adminiſtrant, illuminent: propterea enim dicuntur Sacerdotes quaſi *Sacra dantes*. Vocantur autem Præſbyteri aut ſeniores, non tam ab ætate; quam à virtute, Sapientia, ac prudentia: quæ illis ſunt neceſſaria ad exercitia præſtanda ſui ſtatus & officij: quod duas inſignes poteſtates complectitur. Alteram conſecrandi corpus & ſanguinem Chriſti Domini noſtri, illudque offerendi in Sacrificio pro viujs ac defunctis; alteram ſacrificandi corpus myſticum eiufdem Domini noſtri, hoc eſt eius Eccleſiam, remittentes peccata & lumen accédentes gratiæ & virtutum ſupernaturalium, per aliquorum Sacramentorum adminiſtrationem, quæ illis incûbit. Ex quo præcipuû oritur diſcrimen inter Sacerdotes ordinarios, & Episcopos. Sacerdotes enim ſunt quaſi parentes laicorum fidelium, quatenus in Baptiſmo eos generant in eſſe filiorû Dei, mudantes eos ab originali peccato: quod ſi poſtea per aliquod actuale peccatum moriatur, eos reſuſcitatur per Sacramentum pœnitentiæ, aperientes ſuis clauibus portas cœli: & in ipſo vitæ decurſu eoiſdẽ alunt viuio illo pane, quem in Sacra Communione eis porrigunt; & in hora mortis eoiſdem vngunt, ad reliquias peccatorum abſtergendas, eoſque ad ingreſſum Regni cœleſtis diſponendos. Episcopi autem ex officio proprio, tum hæc omnia, tum alia multa habent. Adminiſtrant enim Sacramentû Confirmationis: quo conſtituimur in Statu perfectorum Chriſtianorum, vt ſuo loco diximus. Deinde (vt ait S. Epiphanius) Episcoporum ordo Patrum generator eſt: Patres enim generat Eccleſiæ: Præbyterorum verò non poteſt generare Patres. Per lauacri regenerationem generat filios Eccleſiæ, non tamen Patres, aut Doctores: quod faciunt Episcopi, cum conſecrant Sacerdotes, alioſque Episcopos, Patres, & Magiſtros futuros reliquorum. Vt propterea Sancti dicant: Episcopos ſuccedere Sacris Apoſtoliſ; Præbyteros autem, Septuaginta duobus Chriſti diſcipulis. Et quamuis in ipſo Episcoporum ordine ſint etiam aliqui gradus Archiepiscoporum, & Patriarcharum, quos Eccleſia Sancta à Spiritu Sancto edocta inſtituit: ipſe tamen Chriſtus Dominus noſter vnum inſtituit vniuerſalem Patrem, ſuum in terris vicarium; Episcopum ſcilicet Romanû Sancti Petri ſucceſſorem, & caput omnium Episcoporum, omnium fidelium, Sæcularium, Religioſorum & Eccleſiaſticorum omnium. Quare, cum ipſe Chriſtus hanc dignitatem S. Petro communicaret, prius dixit ei bis: *Paſce agnos meos*; tertio verò dixit: *Paſce oues meas*; intelligens (vt S. Bernardus explicat) per agnos, vulgares, Eccleſiaſtici ac Sæcularis Status fideles; per oues autem, quæ agnorum ſunt matres, intelligens Sacerdotes & Episcopos, qui filios generant ſpirituales, vt nunc diximus.

To. 1. traſ.  
c. 5. Hæref.  
7. contra  
Aerium.

S. Hier. Epi.  
ad Marcellã  
de erroribus  
Mō. a. Aug.  
in Pſal. 44  
Leo Epiſt. 8  
De Tho. 2. 2  
q. 184. ar. 0.  
ad 1.

Bellar. li. 1.  
de Cler. c. 14  
Triden. Seſ.  
3. c. 4.

b. Ioa. 21. 16  
lib. 2. de  
Conſid. pro  
pe ſinem.

TERTIUM huius Hierarchiæ ordinem & locum tenent illi, quos Concilium *Ministros* appellat: idque peculiari ratione. Nam quemadmodum Angelorum nomen quamuis omnibus Hierarchiarum cœleſti

um Spiritibus sit commune, attribuitur tamen quasi proprium infimo ordini, hominum custodi; ita Ministrorum nomen, etsi verè sit Episcopis, Sacerdotibus, & reliquis omnibus Ecclesiasticis commune, quatenus omnes, ut serui fideles, Deo suo eiusque sponsæ Ecclesiæ ministrant, ac seruiunt, suisque proprijs ministerijs: speciatim tamen ijs attribuitur, qui sunt constituti, ut seruiant, adiuuentque Sacerdotes in præcipuo eorum ministerio; quibus incumbit tertius actus, hoc est esse puros, aliosque purificare, officiorum suorum actibus; qui, ut statim videbimus, sunt multi.

UT AVTEM tota hæc Hierarchia spiritualem splendorem egregio adè arduoque suo facinore dignam habeat, instituit Christus Dominus noster insigne quoddam Sacramentum, quod vulgari & recepto nomine ORDINIS appellamus: cuius proprius Minister est solus Episcopus, & complectitur septem partes; quatuor Ordines Minores, *Ostiaris, Lectoris, Exorcistæ, Acolyths*; Et tres Maiores ac Sacros, *Subdiaconi, Diaconi, & Sacerdotis*. Sex primi sunt Ministrantium; ac propterea præcipui illorum nomen est Diaconus, quod Ministerium significat; Septimus Sacerdotum qui etiam complectitur Episcopos. Qui septem Ordines sunt quasi *septem columna huius domus*, quam *Sapientia* Diuina incarnata ad gloriam suam edificauit; & quasi *septem Oculi agni*, ac *petra viua*, quæ est Christus Dominus; & quasi *septem stella in dextera eius*; & quasi *septem Spiritus Dei, missi in omnem terram*, ad manifestandam Supremi sui Principis Maiestatem: pugnantes contra eius hostes, tanquam *septem h. castrorum acies ordinata*. Quam ob causam iure optimo appellatur ORDO: quamuis enim verum sit, ut Apostolus dixit, omnia *h. quæ sunt, à Deo esse ordinata*; & in Republica Sæculari magnum esse ordinem, ac multò præstantiorè in Religiosa (quo nomine etiam Religio appellatur Ordo) maiori tamè cum excellentia Ordo inuenitur in Republica & Hierarchia Ecclesiastica, quæ Sancto huic Sacramento innititur. Quod in finem sibi propositum duos habet insignes effectus. PRIMVS ac præcipuus est Spiritus Sancti plenitudo cum gratia, charitate, virtutibus, ac donis supernaturalibus, ac reliquis auxilijs necessarijs ad præstanda, ut oportet, ministeria, in quæ singuli ordines destinantur. Et quoniam inter eos alij sunt alijs maiores, idè maiorem gratiam maioribus præstat; minorem verò minoribus, & copiosiore in Sacerdotio communicat, quàm in Diaconatu; & in hoc maiorem, quàm in cæteris: omnes tamen replet, quia explet capacitatem subiecti suscipientis iuxta id, quod digna officij sui executio exigit: quemadmodum paruum aliquod vas dicitur esse plenum, quamuis non tantum aquæ contineat, atque aliud magnum. Et quoniam Spiritus Sanctus est Spiritus vnionis, charitatis, ordinis & concordia; hac gratia effi-

cit o

Trident.  
Ses. 23. c. 2  
can. 2

From. 9

d Apoc. 5. 6  
Zach. 3. 9  
f Apoc. 1. 16  
g Cant. 6. 9  
h Rom. 13. 1

cit ordinem & rectitudinem, quam ipſius Sacramenti nomen ſignificat. Quod etiam exigit, vt per gradus ſuos à minoribus ad maiores, ordine ſuo ſuſcipiatur; nullo omiſſo, nec ordine eorum inuerſo: ita vt in Sacerdote coniungantur omnes ordines inferiores, gratiæque ac ſanctitatis gradus neceſſarij ad omnia ministeria. Vale enim Chriſtus Dominus noſter talem in Miniſtris ſuis ordinem ſeruari; vt, quantum eſt ex parte Sacramenti, qui Maior eſt, ſit etiam Sanctior, & ita ſanctitatem minorum excedat, vt ſumma diligentia omnes contendant ſemper, hoc grefſu progredi, crescentes in Sanctitate, ſicut in dignitate cresunt. Ita vt tota Eccleſiaſtica Hierarchia progrediatur, vt dicitur in libro Canticorum, per huius vitæ deſertum, *i quaſi aurora conſurgens*, aſcendens per quatuor Minores Ordines, *Palchra vt Luna*, propter ordinem Leuitarum, Subdiaconorum ſcilicet, ac Diaconorum; *electa vt Sol* propter ſacratiffimum Sacerdotum ordinem; ac *terribilis vt caſtrorum acies ordinata*, propter vnionem omnium Eccleſiaſticorum cum Ducibus ſuis Episcopis, & Summo Pontifice, qui caput eſt omnium. ALTER effectus huius Sacramenti appellatur character & ſignum indelebile: eſtque potestas quædam ſpiritualis ad exercendum ministerium Ordinis proprium. Quæ potestas, quoniam ſemper durat, non poteſt hoc Sacramentum iterari, nec niſi ſemel ſumi. Et hoc ſigno diſcernuntur homines huius Hierarchiæ à cæteris fidelibus. Sed quoniam hoc ſignum eſt ſpirituale, & inuiſibile, inſtituit Eccleſia ſignum aliud exterius & viſibile, quod primam Tonsuram, ſiue coronam appellat. à qua diſtinctio incipit Eccleſiaſticorum à Sæcularibus. Quæ, ſi coniungatur cum ſeptem prædictis ordinibus; & cum ipſo Episcopatu, qui eos perficit: licebit dicere, quod quemadmodum cæleſtis Hierarchia continet nouem ordines & choros Angelorum, in curia illa cæleſti aſſiſtentium; qui *i omnes* (vt Apoſtolus dicit) *ſunt adminiſtrato-rii ſpiritus, in miniſterium miſi in mundum, propter eos qui hereditatem capient Salutis*; ita Eccleſiaſtica Hierarchia nouem cõplectitur genera Perſonarum cum varijs officijs in bonum totius Eccleſiæ, quæ eſt illa *k Sulamitis* ſiue pacifica ſponſa veri Salomonis: in qua ſplendent nouem hi *chori caſtrorum* ad eius ornatum ac protectionem; quaſi nouem pretioſi lapides igne accenſi; quorum meminit Ezechiel Propheta, quibus *ſilia hæc Regis* cæleſtis ornata, *aſt ſit a dexteris eius*, eò quod ſit ſplendidiffima pars Eccleſiæ, *circumdatur ſtupenda varietate*: vt paulatim in ſubſequentibus capitibus explicabitur.

Cant. 6. 9

Trident.  
Seſ. 7. can. 2  
Seſ. 3. c. 4.

Seſ. 23. c. 2.

i. Heb. 13. 4.

k Cant. 7. 1

Ezech. 28.

3.  
l Pſ. 4. 10

## CAPVT II.

PRIMÆ TONSURÆ ET QUATVOR MINORVM ORDINVM  
*ministeria; & singulorum Perfectio.*

QVAMVIS CHRISTVS DOMINVS NOSTER, tanquam au-  
 ctor Ecclesiastica Hierarchiæ constituerit præcipua, ad Sacramen-  
 tum Ordinis, omnesque eius gradus & munia spectantia; voluit ta-  
 men Ecclesiæ suæ, quæ à Spiritu Sancto gubernatur, potestatem relinque-  
 re constituendi alia minus principalia, valdè tamen apta ad debitam Sacra-  
 mentorum administrationem, & cum decoro exercenda eorum ministe-  
 ria; & nominatim ad eligendas & constituendas Personas, quæ futuræ sint  
 partes ipsius Hierarchiæ: ita vt secularis potestas non possit se in ea im-  
 miscere, vt aliquid impediatur aut immutetur. Ad nullam enim in feriore  
 Rempubl. pertinet de superioris ministris aliquid disponere. Quare Con-  
 cilium Tridentinum dixit: qui tantummodo à Sæculari potestate ac Ma-  
 gistratu vocati & instituti, ad hæc ministeria exercenda ascendunt; & qui  
 ea propria temeritate sibi sumunt, omnes non Ecclesiæ Ministros, sed  
*scilicet, & latrones, per ostium non ingressos,* habendos esse. In lege Naturæ de-  
 signabat Deus Dominus noster huiusmodi Personas ex primogenitis; &  
 in lege antiqua ex duodecim tribubus Israël vnā elegit, b *Leuiticam*  
 scilicet, vt in ea sola succederent filij parentibus in officiis *Sacerdotum ac*  
*Ministorum templi;* qui propterea vocati sunt *Leuitæ;* & alijs ministerijs  
 in diuersas familias distributis, soli familiæ *Aaron* annexuit *Sacerdotum,*  
 vt nulla alia illud haberet. Quæ lex cum imperfecta esset, non mirum  
 quod ministeriorum distributio fieret per carnalem generationem, cum  
 autem lex Euangelica sit spiritualis ac perfecta: voluit Christus Domi-  
 nus noster Sacerdotes ac Ministros Ecclesiæ suæ esse viros selectos; & e-  
 minentes inter reliquos fideles, non successione illa generis; sed electione  
 ipsiusmet Dei, quæ fit eius vocatione, & Ecclesiæ examine & approbati-  
 one, eligentis eos, qui dotes habeant, & talenta ad sua ministeria accom-  
 modata; nec se in hoc adstringentis vni tantum generi aut familiæ. Cum  
 enim lex Euangelica esset omnibus gentibus & nationibus prædicanda;  
 idè dicit Deus per *Isaiam;* c *assumam ex eis Sacerdotes & Leuitas;* ita vt nul-  
 la sit natio in terris, ex qua (vt Sanct. Hieronymus ait) non possint eligi  
 huiusmodi Ministri. Imò qui sunt vnus nationis, poterunt etiam hæc  
 munia in alijs exercere, iuxta eiusdem *Isaiæ* Prophetiam dicentis; d *Sta-*  
*bunt alieni & pascēt pecora vestra: & filij peregrinorum, agricola, & vitatores ve-*  
*stri erunt. Vos autem Sacerdotes Domini vocabimini. Ministri Dei nostri.* Cum  
 enim omnes Christiani, cuiuscunq; sint nationis vnā habeant fidem, vnum  
 baptisma, & vnā eam Christo charitatis vnionem: omnes sunt vnio-

*Sej. 13, 4*

*a Ioan. 10. 1*

*b Num. 3  
6 10. & ca.  
4. 2.*

*c Isai. 66  
21.*

*d Isai. 61. 5*

nis in his Ministerijs capaces, iuxta Ecclesiæ præscriptum ac directio-  
nem.

§.I. *Prima Tonsura.*

HINC ortum est primum genus siue gradus eorum, quos *Clericos* ap-  
pellamus; homines scilicet, qui sponte sese dicant, & offerunt spirituali  
Ecclesiæ obsequio in proprijs eius Ministerijs: & sic sunt pars Ecclesia-  
sticæ Reipubl. quæ eos recipit Sancta quadam Cæremonia, quam *Primam*  
*Tonsuram*, aut primam *Coronam* appellamus. Quæ non est verè Sacramen-  
tum; sed quædam dispositio ad Sacramentum Ordinis, & protestatio, quòd  
se dedicet ad illud suo tempore suscipiendum, ea mente ac intentione  
vt in Ecclesiæ Ministerijs sese occupet & impendat. Eum in modum, quo  
Nouitij Religionum disponunt se ad Statum suscipiendum quem quæ-  
runt. Solet autem *Prima* hæc *Tonsura* conferri ijs, qui teneræ sunt ætatis:  
eò quod magni sit momenti (vt ait Sacrum Concil. Trident.) vt à teneris  
annis ad pietatem afficiantur, & ad res sacras instruantur, & informentur  
de ijs, quæ exercere in eis debent, Eum in modum quo a *Samuel* ab infan-  
tia erat *Minister in conspectu Domini antefaciem Heli Sacerdotis*; seruens in  
ipso templo in quo erat arca Domini, & ipse  *dormiebat in eo; aperiebat &*  
*claudebat eius portas* tempore suo: & ita satisfaciebat desiderio ac voto San-  
ctæ suæ matris, quæ illum ab infantia *c Deo obrulit*: vt eius obsequio semper  
esset mancipatus. Hunc igitur in modum Ecclesia Sancta, tanquam mater,  
selegit futuros ministros suos in templo Dei viui, dicens eis in ipsa *Prima*  
*Tonsura* verba illa Psalmi: *Domine pars hereditatis mee.* Vt ex tunc intelli-  
gant felicem sortem suam, cum Deum in suam hæreditatem accipiant, &  
vicissim Deus eos accipiat in suam: suscipientes in se, diligenter attendere  
ad omnia, quæ sunt honoris Dei, & Deus ad ea, quæ illis sunt vtilia &  
commoda. Quemadmodum fecit cum antiquis legis veteris Ministris:  
quibus dixit: *e ego pars & hereditas tua in medio filiorum Israël*; tuique cu-  
ram cum maiori attentione quam aliorum habebō: siquidem tu curam  
suscipis mei obsequij, cum maiori attentione quam illi. Et in hunc sen-  
sum ait S. Hieronymus: Clericus Ecclesiæ Christi inseruiens, proprium  
suum nomen interpretetur, & studeat esse quod illud significat. Clerus e-  
nim significat sortem: ac propterea appellantur Clerici; aut quod sint fors  
f. *Domini* eos in specialem suam hereditatem accipientis; aut quod ipsemet  
Dominus eorum sit fors, & specialis hæreditas. Qui autem sunt pars Do-  
mini, aut eum habent pro sua hæreditate, ita viuere debent, vt & ipsi Deum  
possideant, & à Deo possideantur.

ET HIC præcipuus esse debet scopus & finis recipientis *Primam*  
*Tonsuram*, Quam Cõcilium Tridentinum non vult ijs conferri, de quibus  
probabilis coniectura non sit, eos non læcularis iudicij fugiendi fraude;

sed

Ses. 23. c. 18  
de Reform.

a 1. Reg. 2.

b cap. 3. 15

c ca. 1. 11. 20

d Psal. 15. 5.

e Nu. 18. 20

Epist. ad

Nepotia. de

vita Cleric.

refertur c.

Clericus 12.

q. 1. c. 12. ex

Isidor.

f Psal. 2. 3

Sess. 23. c. 4

de Reform



sed ut Deo fidelem cultum prætent, hoc vitæ genus elegisse. Quamuis enim Ecclesia hac Tonsura studium suum & fauorem eis ostendat, ut statim uti possint priuilegijs Ecclesiasticæ Reipublicæ proprijs, capaces illos reddens reddituum ac beneficiorum Ecclesiasticorum; non tamen vult hoc esse præcipuum motiuum eorum, sed valde accessorium, iuxta illud Christi seruatoris nostri: *B. Querite primum regnum Dei, & iustitiam eius: & hæc omnia adicientur vobis.*

1.

Hoc significat externum illud signum, quod illis fit in capite, dum pars quædam capillorum raditur in circulo & corona: quæ cæremonia valde antiqua est ab ipsis Apostolorum temporibus; nam (ut Sanctus Augustinus ait) caput radere, est, cogitationes terrenas, & superfluas à mente resecare; quia præcipue attendere debent ad cælestes & æternas, tanquam veri *h. Nazarei* Deo consecrati: quorum *Capilli raduntur & ponuntur super ignem Sanctuarii*: quod (ut S. Gregorius aduertit) significat: eos omnia sua superflua abscindere & mortificare, igne quæ; amoris Diuini consumere. Et antiquos i *Leuitas* iubebat Deus, *radere omnes pilos carnis sue*: ad significandum (ut idem Sanctus ait) electos ad hæc ministeria, deponere debere affectus omnes & cogitationes carnis; conseruantes eam in summa honestate & puritate. Non dicit autem euellendos esse pilos; sed abscindendos aut nouacula radendos: in hac enim vita semper remanent in sensualitate tentationum radices; nec fieri potest, ut illæ omnino euellantur. Clericis autem ac Leuitis Euangelicæ legis, qui maiorem sectantur perfectionem, raduntur capilli capitis, quæ est superior pars hominis; ut intelligant, se non solum mortificare debere superfluitates sensualitatis, sed etiam propriæ voluntatis, & ipsas cogitationes & affectus rerum huius vitæ; ne (ut ait S. Augustinus) inter Dei & ipsorum Spiritum aliquid se inferat, quod amoris coniunctionem, contemplationem, & cum Deo Creatore suo familiaritatem impediatur. Non tamen omnes capillos abscindunt: quia non possunt in hac vita omnes huiusmodi curæ & cogitationes abscindi ac deponi, quin semper aliquæ maneant.

2.

Fit tamen ratura hæc in modum coronæ, ad exprimendam Regiam dignitatem, quæ (ut S. Hieronymus ait) Ecclesiæ ministris competit: quibus per excellentiam accommodatur illud S. Petri ad omnes fideles: *vos estis genus electum, & regale Sacerdotium*: ac proinde ipsi debent exequi illud Isaïæ: *Princeps, quæ digna sunt, principe, cogitabit; & Sacerdos merito deponere debet cogitationes Sacerdotio indignas; easque tantum admittere quæ excelsio suo statu sunt dignæ.*

3.

Eadem Corona memoriam renouat spinæ, quæ imposta fuit capiti Christi Domini nostri in contemptum, quasi Rex esset fictus. Ut intelligatur: regiam consuetudinem ministrorum Ecclesiæ in eo consistere.

g Mat. 6. 33

Dionys. de  
Eccl. Hier.  
cap. 6 p. 2.  
Libr. de  
cō: ep. saculi  
c. 1. tom. 9.  
Nū. 6. 18.  
Li. 11. Mor.  
ca. 26.  
Num. 8. 7.  
li. 5. Mor. c.  
14.

S. Aug. &  
S. Dionys.  
supra.

Refertur  
2. 9. 1. 6.  
Duo sunt.  
h. 1. Pet. 2. 9  
l. Isaia 32. 8

vt honori & gloriae sibi ducant contemptus Saluatoris, eoque propter ea capiti suo imponant. Ac denique eadem *Tonsura* fit forma circulari, quae perfecta est, & perpetuitatis Symbolum; quia neque principium neque finis in ea apparet; vt hac ratione perfectionem praeferat vitae, quam tales Ministri sectari debent cum magna perseverantia vsque ad finem vitae, & per totam aeternitatem.

Nunc sine mysterio corona in clericis Minorum Ordinum est parua; maior vero eorum, qui sacrum susceperunt ordinem; & adhuc maior Sacerdotum: sicut etiam esse solet in Religiosis: ad significandum, quod quemadmodum crescit ordinum gradus; ita par est crescere renunciationem, abnegationem, & perfectionem vitae. Cum autem Sacerdotes sint dignitate maiores: etiam debent excellere in sanctitate; honori sibi eam tribuentes in conspectu totius mundi: vt quicumque operum eorum perfectionem aspexerint, caelestem Patrem glorificent, qui in caelis est. Et quemadmodum dedecet Sacerdotem ex ignavia, incuria, aut contemptu, aut vt seipsum occultet, non aperire coronam; sed caput suum gestare cum integris suis capillis, sicut saeculares: ita maxime dedecet, eam sanctitatem non habere, quam significat ipsa corona; & viuere vitam saecularium, plena affectibus, curisque inordinatis, in quibus illi haerent. Quare, ait S. Augustinus: Quis quis ad sortem Domini vocatus, capillos radere erubescit, profecto se non de Dei, sed de mundi sorte esse testatur. Quando enim quisque carnis crines diligit, fouet, ac nutrit; tunc cor suum, non in caelis, sed in terra fixum esse ostendit. Quando autem radit, & edomat, tunc non terrena, sed aeterna diligere comprobatur.

Quare quemadmodum singulis mensibus, aut decimo quinto quoque die corona aperitur nouacula: eo quod quotidie capilli crescant; ita frequenter valde renouanda est passionum, excessuumque mortificatio: Nam (vt S. Bernardus ait) amor proprius quotidie aliquid profert, quod sit nouacula mortificationis amputandum. Quae licet dolorem inferat: non propterea praeterenda est; cum ad eam sit utilis ac necessaria. Nectamen difficile est, moderari poenam & molestiam, quam adfert: si eum in modum, quo caput calida aqua madefit, vt nouacula molliter ac suauiter radat: ita praemittatur oratio, & meditatio, quae deuotionis affectus accendit, & oculos ad lachrymas dulces emollit, praecipue, si attendatur crudelitas, qua Christo Domino nostro capilli sunt euulsi, & barba depilata, & caput spinis coronatum ob nostra peccata & excessus. Vt eius exemplo animum resumamus, ad eos abscidendos & radendos ex anima nostra, etiam cum aliquo doloris sensu: qui valde leuis nobis videbitur si cum eo illum conferamus, quem noster Saluator sustinuit; & quem nostris culpis sumus promeriti.

Vbi supra.

Serm. 58. in Cant.

Ex hac Cæremonia, qua Ecclesia signat suscepturos Ordinis Sacramentum, deducitur: viros tantum illud suscipere posse, iuxta Christi Domini nostri institutionem: qui nullam sceminam, nec Matrem quidem suam Sanctissimam in cenaculum admisit, cum Sanctissimum Sacramentum, & corporis ac Sanguinis sui sacrificium instituit, & suos Apostolos constituit Sacerdotes, dicens eis: *m Hoc facite in meam commemorationem*: & postea: *n accipite Spiritum S. quorum remiseritis peccata, remittuntur eis*. Ideoq; Ecclesia Sancta viros tantum in sortem admittit Clericorum, cum Cæremonia coronæ, quæ non bene quadrat mulieribus, iuxta sententiam Apostoli dicitis: *o Omnis viri caput esse Christum; caput autem mulieris virum, cui debet esse subiecta: Quare omnem virum orare debere non velato capite, mulierem autem velato: nisi commutuat gloriam illi esse: & capillos ei pro velamine datos esse*; quos si abscindat, esse illi ignominiam. Ideoq; virum posse coronam in capite suo habere in signum Regiæ suæ dignitatis & auctoritatis, ad imperandum & gubernandum reliquos fideles; vicem tenens & auctoritatem capitis sui Christi, quæ imitari debet, gerendo virile animum, pectusq; robustum ad oēs labores officio suo cōiunctos, & coronæ, quæ gestat. Quare qui excelsu hoc Sacramentum suscipiunt, viros esse oportet in iudicio, fortitudine, & magnitudine animi: eò quod ad magna valde, ac difficilia dirigatur.

§. II. Quatuor Minores Ordines

PRÆMISSA prima Corona, sensim per gradus suos suscipitur Ordinis Sacramentum, incipiendo à quatuor Minoribus Ordinibus, *Ostiarum, Leitorum, Exorcistarum, & Acolythorum*; in quibus communicatur gratia, & charitas cum Spiritu S. donis, ad præstanda dignè Ministeria, ad quæ ordinantur, & eorum nomina significant: ac proinde graue peccatum erit, eos cum conscientia peccati mortalis suscipere: eò quod per illud ponatur obex Divinæ gratiæ; estq; magna irreuerentia sic dispositum suscipere, quod est verum Sacramentum, etiam in gradibus Minoribus: quorum finis est, ut hi Ministri Sacerdotes iuvent in præcipuo suo Ministerio, quod est consecrare corpus & Sanguinem Christi Domini nostri, & Sanctum Missæ sacrificium cum debita reuerentia ac decencia offerre. Nam ex propriis officijs intelligent Sacerdotes ac reliqui fideles, cum quantâ reuerentia ac deuotione offerre debeant, & assistere ipsi sacrificio.

PRIMUM OSTIARIUM sine Ianitoris officium ist, claudere & aperire templi fores; nec permittere ingredi infideles, & quoscunq; ipso iure prohibitos: quod si ingressi essent, etiâ illos excludere: & eos, qui in templo sūt, non permittere ad sacerdotem accedere, ita ut illum in suo officio impediant; & attendere, ne quid in templo sit, quod excelsum ad eò sacrificium offerentes turbet aut distrahat: imitando in hac cura Christum Dominum nostrum, qui Ostiarum officio functus est, cum p facies quasi flagellum de fomiculis, eiecit e templo vendentes oues, & boues, & columbas; & numulariorum

m Luc. 22.  
19.

n Ioan. 22.

o 1. Corint.

11. 3.

Trident.

sess. 5. c. 2.

Vide Henri.  
quez in  
sua lib.  
10. 6. 2.

Ostiarum.

riorum effudit as, & mensas subuertit; & omnia ex templo eiecit, quæ strepitum aliquem edebant, dicens: nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis. Et idem fecit secundò, cum Passionis tempus instaret. Et S. Marcus addit: q non sinebat, vt quisquam transferret vas per templum, aut similia, dicens eis scriptum esse: Domus mea, domus orationis vocabitur: ac proinde quieta & absque strepitu rerum huius sæculi. In hoc igitur officium & munus succedunt Ministri, primum hunc ordinem suscipientes: qui, quòd imprimat qualitatem, quam Theologi Characterem indelebilem appellant: permanet etiam in Sacerdotibus: ideoque etsi in gradu sint altiori, hunc tamen zelum habere tenentur, dandi operam, vt templum Dei purum sit & sanctum; nec contaminetur aut turbetur personis, aut rebus profanis. Ad eos enim spectat, quod Christus Dominus noster dixit: Nolite dare sanctum canibus: nec mittatis margaritas vestras ante porcos: quali dicat: prius foras eijcite eos, qui moribus canes sunt, & porci, conculcantes & deturpantes res sacras: vt hæc possint corâ fidelibus dignè celebrari. Et vnusquisq; Christianorû, quantum in se esset, deberet huiusmodi lanitoris munus obire, ob zelû domus Dei. Si enim Dei filium se reputat: quis filium nõ zeler, & quieti, honoris; cõlulat domus Patris sui? Et quis non studeat expellere ex ea quancûq; personã, aut rē quæ illã turber; aut eius minuat opinionē? Quare vbi necessitas id postulauerit, zelû cū discretionē coniungēs, dicere debet domû Dei turbantibus: Cur domû Patris mei facitis domû negotiationis? ac proinde multò minus debet ipsemet illam turbare, aut aliquid in ea facere, quod sanctum Sacrificiû impediatur, quod Patri suo Cœlesti offertur. Præcipuè cū ipsemet Dñs realiter ac verè sit præsens: qui flagellû in manu sua accepit cõtra perturbâtes eam: & nunc accipere illud poterit; cum, etiamsi dissimulet, eundem tamen semper zelum habeat.

SECVNDVS gradus est LECTORVM, qui ad duo præcipuè attendunt, Alterum est, ad legendum cū spiritu & distinctione libros sacros & lectiones, quæ in Diuinis officijs leguntur: imitantes ipsum Saluatorem, qui ingressus in templum accepit librum Isaiæ, cœpitque legere locum, vbi scriptum erat: Spiritus Domini super me: propter quod unxit me, Euangelizare pauperibus misit me; sanare contritos corde.

QUANTO hoc ministerium sit momenti, apparet ex eo, quòd Christus Dominus noster communicet in hoc Sacramento gratiam & internam Spiritus sancti vnctionē, ad legendum cum sensu, ac deuotione, ita vt, qui illo funguntur, permouere ac emollire cæteros possint eum in modum, quo in libro Esaiæ dicuntur: Leuita legisse in Libro Legis Dei distinctè & aperte, ad intelligendû corâ toto populo: ita vt oēs intelligere possent, & cum tanto Spiritu, vt omnis populus fleret, cum audiret verba legis. Quod meritò admittere deberent, qui orant, aut cantant Horas Canonicas: præcipuè verò

p Ioan. 2. 15

Matt. 21. 12.

q Marci. 12.

20.

r Matt. 7. 6.

2

LECTOR

Sotus

in 4. d. 24 q

1. a. 3.

f Luc. 4. 17.

Isai. 61. 1.

2. Esaiæ.

8. 8.

quibus id ex officio incumbit; procurantes cum auxilio gratiæ, quam eis Sacramentum communicauit, & ipse Dominus liberaliter est daturus, ita orare, ac legere: ut & ipsi deuotione afficiantur, & audientes ad eam per moueant. Alterum, quod ad lectores spectat, est, docere Catechumenos prima fidei rudimenta, quæ doctrinam Christianam communiter appellamus. In qua explicantur articuli, & præcipua fidei nostræ mysteria, ita ut conceptum sibi forment eius, quod credunt, & nominatim Sacramentorum, quæ susceperunt. Inter quæ maiorem exigit instructionem sanctissimum altaris Sacramentum, cuius fides magis est ardua ac difficilis. Ut autem appareat, quanti Deus Dominus noster hanc paruulorum, ac Tyronum instructionem faciat: satis est, nosse, quod peculiare instituerit Sacramentum, quo specialis gratia confertur, ad id præstandum, sicut oportet. Neque Sacerdotes ab hoc officio præstando sunt liberi; si quidem permanet in eis huius gradus character: etiam si ad altiorem ascenderit.

3.  
Exorcista.

ii Marci. 7.  
31.

x Mat. 7.  
12.

v Luca 10.  
7.

TERTIVS gradus est EXORCISTARVM, qui per ipsum Sacramentum potestatem accipiunt, adiurandi, & expellendi Dæmones ab energumenis, & obsessis à Diabolo: ne maligni spiritus, fideles impediant ac deterreant ab hoc Diuino sacrificio, & participatione sancti huius Sacramenti, nec surdos eos reddant audiendis veritatibus fidei; aut mutos ad eandem confitendam. Nam quemadmodum Christus Dominus noster liberauit Dæmoniacum quendam u *surdum & mutum, tangens eum spiritu suo, ac dicens: Ephatha, quod est, adaperire*: ita Exorcistis dat potestatem, ut ipsius nomine Dæmones huiusmodi expellant, & impedimenta remoueant. Sed ne silentio prætereamus causas, cur Christus Dominus noster uoluerit officium expellendi Dæmones pertinere ad Minores Ordines, ùm primo aspectu videatur res valde excelsa, potestatem habere in spiritibus adeo potentes. Sed uoluit Dominus superbos spiritus humiliare magisq; confundere, subiiciens eos non solum maioribus Ecclesiæ suæ Ministris; sed etiam minoribus: Item, ut ipsi Ministri non præferrent hanc potestatem uirtuti, & sanctitati; sed pluris facerent peccata expellere quàm Dæmones; eosq; ex animabus prorsus reijcere quàm ex corporibus. x *Multi, (ait ipse Saluator) dicent mihi in illa die, iudicij scilicet: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus; & in nomine tuo Dæmonia eiecimus; & in nomine tuo uirtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis; Quia nunquam noui uos: discedite a me, qui operamini iniquitatem.* Et cum y *reuersti septuaginta duo discipuli cum gaudio dicerent: Dominus, etiam Dæmonia subiciuntur nobis in nomine tuo. Ipse ait illis: nolite in hoc gaudere: quia spiritus uobis subiciuntur: gaudete autem, quod nomina uestra scripta sunt in cælis.* Quasi illis dixisset parum referret uos potestatem habere super Dæmonia;

monia;

monia: si non habeatis humilitatem, & pia opera quibus ad cœleste regnum perueniatis.

QVARTVS gradus tribus prædictis superior, est ACOLYTHORVM qui sacro missæ ministrant, & præparant vinum, aquam, lumen, & thus, & portant vrceolos, cerofaria, & thuribulum. Tantæ enim dignitatis & amplitudinis est sanctissimum hoc sacrificium: vt pluris fiat, in eo seruire & ministrare ad eius maiorem solennitatem, quàm esse *Exorcistam*, & expellere Dæmones. Si enim Angeli accedunt, vt præsentés sint, vt postea videbimus; & felices se reputant in eo, quòd sint ministri ipsius Christi in opere nostræ salutis: quomodo non erit magni momenti, & æstimationis ministrum esse, & in re aliqua seruire, cum admirandum hoc sacrificium offertur? Ac propterea Sanctus BONAVENTVRA ait: Ministrare sacro, esse opus Angelorum: quia cum eis seruitur REGI ac DOMINO omnium, qui in hoc Sacramento specialem confert gratiam obituris hoc munus: vt illud cum debita modestia, reuerentia, ac deuotione præstent: ita vt exemplo suo doceant, ædificentq; reliquos præsentés; non minorem splendorem ex se emittentes, quàm ceroferarum siue fax, & odorem, quàm thuribulum, quod in suis manibus gestant. Sed de his in proximo tractatu de Missa fusius. Imponamus nunc finem ijs, quæ ad hos Ordines spectant, proposita maxima cura quam sacra Concilia adhibuerunt in eo, vt qui ad Sacerdotium essent promouendi à tenera sua ætate *primam Tonsuram* accipiant; & postea per gradus suos, ipsos Minores Ordines: educando illos & instnendo in virtute, & literis, bonisque moribus, quos postea tenere debeant; & nominatim in temperantia, castitate, mansuetudine, modestia; & politia Christiana, & Ecclesiastica: vt facilius postea easdem virtutes exercere, ac docere possint in statu sublimiori.

Concilium TOLETANVM quartum constituit, vt Clerici iuuenes in suum Collegium se reciperent: vt teneram suam ætatem in eo transigerent: non in luxurijs, sed in obseruatione Christianæ discipline, & morum Ecclesiasticorum: assignato illis aliquo Præsbytero probatæ sanctitatis, qui doceret illos & gubernaret. Eos verò qui ingenij essent durioris, ac incorrigibilis, iubet Concilium in aliquo monasterio ad tempus collocari, donec mores melius componant. Et S. Concilium Tridentinum idem renouauit: constituens, vt in singulis Diœcesibus Collegium aut Seminarium aliquod selectorum iuuenam erigeretur, qui ex naturæ dotibus, bonaque propensione, spem facerent, quòd se Ecclesiæ Ministerijs perpetuo dedicarent. Et vt in eadem disciplina Ecclesiastica commodius instituerentur, *Tonsuram* statim insignirentur; ijsque moribus educarentur, vt suis officijs postea dignè fangerentur. Nam virtus, quæ in

4  
Acolythus.

De inform.  
mat. Nouit.  
c. 11.

Refertur 12.  
q. 1. c. Omnis  
211.

sess 13. De  
creto de Re-  
form. c. 18.

2. Prouer.  
22. 6.  
2. Thron.  
3. 27.  
Vide Tom.  
. Tract. 2.  
c. 7. & To.  
3. Tract. 4.  
c. 2. & Trac.  
5. 6. 10.

iuuentute discitur, vsque ad senectutem perdurat: iuxta illud Sapien-  
tis; 2 *Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea*; Et a  
vir (ait Ieremias) *qui portauerit iugum legis Dei, eiusque Ecclesia ab adolescentia  
sua, facile leuabit se super se: vt sacris misterijs dignè fungatur, quorum  
excellencia, & præstantia tanta est, vt nisi homo se leuet, vt sit plus quam  
homo: non possit ea exequi cum ea decencia & puritate, qua par est; vt in  
proximis capitibus fufus explicabitur.*

## CAPVT III.

SVBDIACONATVS ET DIACONATVS; EORVM QVÆ DO-  
tes ac virtutes, qui ad Sacrum Ordinem deliguntur.



ERQVATVOR PRAEDICTOS ORDINES, quæ per qua-  
tuor gradus ascendunt Clerici ad duos sacros Ordines, SVB-  
DIACONATVS & DIACONATVS, qui generali nomine  
dicuntur Leuitarum (respondent enim antiquis Ministris ex  
Tribu Levi: qui erant inferiores Sacerdotibus familiæ Aa-  
ron) & ratione proprii officij assistunt proximè Sacrosancto missæ Sacri-  
ficio; tanguntque suis manibus res consecratas; & ipsimet sunt consecrati,  
suoque Ministerio in perpetuum dedicati ita, vt non possint sæcularem  
alium Statum suscipere: quem tamen suscipere possunt, qui Minores tantum  
Ordines habent. Vterque itè est præcipuus Sacerdotis in Missa Minister; &  
quasi duo oculi, & duæ eius manus, dextra & sinistra. Subdiaconus legit  
Epistolam, quæ semper desumitur ex Scriptura Sacra, Veteris aut Noui  
Testamenti; & porrigit Diacono Calicem & Patenam: quam ille tradit  
Sacerdoti. Diaconus legit Euangelium; estque eius munus illud explica-  
re. Et cum olim fideles sub vtraque specie communicabant, Diaconus  
dispensabat ac distribuebat Sanguinem: quemadmodum Sanctus Lauren-  
tius dixit Papæ Sixto; & in casu necessitatis etiam portabat Sacram Com-  
munionem ad ægrotos; & varia alia ministeria ei committuntur in pri-  
mæua Ecclesia, vt S. Clemens Papa testatur.

Lib. 8. Con-  
stit. c. 22.  
Lorius in  
Acta. c. 6. 3.  
Henriques  
lib. 10. c. 13  
Trident.  
Sess. 23. c. 2  
2. Acta. 6. 3.

SED ad rem nostram accedentes, vt appareat, quanti tunc fierent hi  
Ministri, eorumque Ministeria; quantaque perfectio ad ea præstanda re-  
quiretur: audiamus quid Sacri Apostoli fecerint, cum primos septem  
Ecclesiæ Diaconos constituere & ordinare voluerunt. *a Conuocantes enim  
multitudinem discipulorum, dixerunt illis Apostoli: considerate, fratres, viros ex  
vobis boni testimonii septem, plenos Spiritu Sancto & Sapientia quos constituamus  
super hoc opus.* In quibus verbis simul ostendunt præclara talenta, quæ ha-  
bere debent Diaconi; & modum ac rationem eosdem nominandi & eli-

gendi

gendi ad tale officium : & eadem opera Regulas tradunt ad recte nominandos Sacerdotes & reliquos Ecclesiæ Ministros. Nam primùm, licet Apostoli propter ingentem cœlestem lucem, qua erant præditi, potuissent eligere quos ipsi dignos iudicarent, qui sacra Ministeria obirent: sed attendentes se esse homines, qui ex seipsis facile decipi possent, & prouidentiam Diuinam, nostram industriam ac diligentiam exigere: voluerunt in exemplum Successorum, ad nominationem huiusmodi Ministrorum, adhiberi iudicium, & consilium reliquorum fidelium: ac propterea conuocarunt multitudinē discipulorū, quibus dixerūt: *Considerate fratres, ac diligēter attendite, quos debeat nominare, & proponere.* Huiusmodi nominationes, aut electiones nō temerē ex passione aliqua, nec fortuitō, aut pro arbitratu tantū; sed adhibita cōsideratione magna, & prudentia, attendendo benē, quales illi sint, & quæ talenta, dotesque habeant ad illa officia peragenda. Appellant tamen illos, *fratres*: vt intelligant hanc ipsorum considerationem, & eligendorum nominationem faciendam esse cum charitate fraterna, absque commotione aut discordia: hæc enim quietem & pacem rationis perturbat; & causa est Schismatum, & dissensionum: vbi autem pax est & amor, cordiumque coniunctio: electiones fiunt valde apte, & commodē; quia respicitur potiùs commune bonum, quàm proprium; & vniuersæ Ecclesiæ, quàm personæ alicuius particularis. Et vbi cunq; multi conueniunt ad talem designationem, est maximi momenti, vt ipsi valde sint coniuncti: sic enim erunt quasi vnus, suumque officium perficient absque discordia, & maiori cum rectitudine.

## §. I.

**H**oc iacto fundamento, assignat sacri Apostoli quinque conditiones seu qualitates eligendorū in Diaconos. *Primam* eorum qualitatem declarant, cum eligendos nominant **V I R O S**: ad significandum, vt ait Glossa interlinealis, mulieres exclusas esse à Sacris his Ordinibus, vt supra fuit dictum. Quod si in aliquibus historiis mentio sit mulierum Diaconissarum, id erat propter alia Ministeria valde ab his diuersa, quæ maiori cum decencia fiebant à mulieribus probatæ virtutis. Etiam debent esse **V I R I** in ætate matura & perfecta: quales ad huiusmodi officia requiruntur. Quamobrem nullus ad Subdiaconatus Ordinem (vt ait Concil. Trident.) ante vigesimū secundū; ad Diaconatus ante vigesimum tertium; ad Præbyteratus ante vigesimum quintum ætatis suæ annum promoueri potest. Hæc enim ætas aptissima est, in qua haberi possit fortitudo, prudentia, scientia, & probata virtus: quam huiusmodi Ordines requirunt.

**S E C V N D A** Cōditio est, vt qui nominantur, sint ex vobis, hoc est aliquis vestrum: eligendo scilicet eos ex ipsamet vestra congregatione, &

qui

Lorinus  
Act. 6, 6.

Seff. 13. c. 12  
de Reform.



qui eandem, quam vos, fidem ac Religionem profitentur; idque abique Personarum acceptione. Non enim excludendus est pauper, si sit dignus neque approbatus diues, si indignus. Non tamē cēsebitur personarū acceptio (vt S. Thomas aduertit) quod ad seruitium Ecclesiarum eligantur, qui sunt eiusdem Prouinciæ, nationis, aut Patriæ: quia hi vt plurimum: solent esse vtiliores Ecclesiæ, & loco, in quo sunt educati; ob maiorem eorum erga illum amorem: & quia linguarum & morum eiusdem nationis vniformitas iutare solet, ac fouere communem inter omnes concordiam. Sunt item, vt plurimum magis noti: ac propterea non ita facilē decipiuntur, qui illos nominant: atquē si aliquem aduenam nominarent, cuius virtus, prudentia, fidelitas, & constantia minus est nota: & facilē ex specie externa iudicaretur dignus, qui reuera est indignus. Ac propterea ex septem Diaconis, qui tunc fuerunt nominati, sex, qui ex illa patria erant, valdeque noti, euaserūt valdē insignes, ac præclari: septimus autē, qui vocabatur *Nicolaus aduena Antiochenus* (eratque profelitus ex gentilitate conuersus ad Iudaismum; & postea ex Iudaismo ad Christianam fidem) habuit infelicem exitum & paruam constantiam ac fidelitatem in suo ministerio. Propter has omnes rationes iussit Deus Israëlitis: vt si Regem sibi essent electuri, à quo gubernarentur, <sup>a</sup> *is non esset alterius gentis, sed de numero fratrum eorum*, vt ipsi eum noscerent, & ab eodem agnoscerentur; & fraternè ab eo tractarentur, & amanter gubernarentur. Et eisdem rationibus inniuntur consuetudines & statuta aliquarum Prouinciarum, & Diocesium, de non cōferendis Ecclesiasticis dignitatibus nisi viris eiusdem nationis; nec alia beneficia, nisi oriundis ex eodem loco. Iuxta Prophetiam Osee dicentis: <sup>b</sup> *Dabo ei vinitores eius ex eodem loco*. Per vinitores autem, custodes intelligit: qui maiori cura eis attendant. Sed quoniam gratia superior est, quam natura; vbi alia est consuetudo, sanctè potest ac debet seruari; modò tertia adfit conditio, quæ maioris est momenti: vt scilicet persona eligatur *boni testimonii*: cuius scilicet vita ex eius operibus nota sit, examinata, & à multis approbata: vt in suis ministerijs maiorem habeant auctoritatem propter bonam, quæ de illis habetur, opinionem. Et ipsimet exactius & confidentiùs munere suo fungentur propter bonam propriæ conscientie testimonium, & honorem, quæ illis adfert approbatio bonæ suæ vitæ ab alijs facta. Quæ omnia coniunxit Apostolus, cum Timotheo discipulo suo & Episcopo dixit, <sup>c</sup> *Diaconi sint pudici, non bilingues, non multo vino dediti, nec turpe lucrum sectantes, sed habentes mysterium fidei in conscientia pura: siue quòd arcana & mysteria fidei penetrant; siue quòd pura conscientia habeant in manibus suis Calicem, qui per excellentiam appellatur mysterium fidei* in ipsis verbis cōsecrationis: distribuentes illum cum animi puritate sine qua nullus est dignus accipere in manu sua Calicem, in quo purissimus

Vide Lorini

a Deut. 17.  
15.

b Osee, 2. 15

c Tim. 3. 8  
ita S. Tho.  
ibi Lorini.  
Act. 6. 10  
fers plures  
pro hoc 2.  
expositione.

rissimus Angni Sanguis continetur: Et statim subiicit Apostolus: *Et probentur primum; Et sic ministrent, nullum crimen habentes, graue scilicet: quodcunque enim delictum valde aduersatur puritati eius status, eiusque ministerij Sanctitati. Ad cuius confirmationem dixit postea eidem: manus cito nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis. quasi ei dixerit: nemini ita precipitanter Ordines conferas, quin prius eum examines, eiusque qualitates ac dotes cognoscas: ne indigni, quem ordinasti, peccata tibi imputentur, sisquetam improbus, quia eum promouisti, atque ipse, quia voluit promoueri. Ita hoc declarat Sanct. Leo Papa. illud extendens ad omnes Ecclesie Ministros, grauibus his verbis: Cito manus imponere, est ante aetatis maturitatem, ante meritum obedientiae, ante tempus examinis, ante experientiam disciplinae, Sacerdotalem dignitatem conferre non probatis; & communicare peccatis alienis, est, tale officium ordinantem, qualis ille est qui non meruit ordinari. Et idem confirmat Sanct. Chrysostomus, dicens: Si mancipium aliquod empturus, tum medicis illud ostendis, vt, sitne corpore sanum, intelligas; tum vicinos, quibus est notum, interrogas quod de eo nouerunt: & ne tum quidem adhuc confidis; quinimò diuturnum aliquod tempus poscis, intra quod illud probes & experiaris. Quantò igitur magis erit rationi consentaneum, ad cooptandos huiusmodi sacros Ecclesie Ministros, non sequi eorum testimonium, qui ex fauore, aut inuidia illud proferunt. Non igitur temerè, atque vt casus tulit, & nulla, prorsus alia discussione facta, eligendus aut promouendus est aliquis. Neque electores subleuare quicquam poterit; si postquam elegerint indignum aliquem, dixerint: se ignorasse eum, quem elegerunt: hæc enim, quæ illis videtur excusatio, accusationem auget: tenebantur enim quem eligere voluerunt, prius benè cognouisse. Et si velis (ait S. Gregorius) domum ædificare: non statim atque ligna in sylua sunt cæsa, imponis illis ædificij pondus: flecterentur enim, & impositum pondus in terram deijcerent; sed diu expectas, donec exsiccetur, & omnem viriditatem deponant; rationi igitur consonum est, non admitti ad Sacrum ORDINEM, nec ad Sacerdotium, aut Episcopatum eum, quem SANCTVS PAVLVS Neophytum appellat, & qui non est probatae virtutis: nisi præmisso examine, scrutinio, & approbatione à Sacris Canonibus constitutis, & à Concilio Tridentino denuò commendatis.*

QUANTA autem probata virtus esse debeat eligendorum, exprimit quarta conditio ad id requisita: cum dicitur esse debere *plenos Spiritu sancto*; vt intelligatur, non sufficere quamcumque virtutem in specie, quæ placere solet hominibus, non nisi externa aspicientibus: sed necessariam esse virtutem internam veram ac solidam à Spiritu sancto communicatam: nec id

Tim. 5. 22

Epi. 85. c. 1.

Refertur

c. quid

est ma

nus. dist.

78. c. c.

miramur

dist. 61. ex

Innocen-

tio 3.

Lib. 4. de

Sacerdo-

tio ante

med. c.

Hom. 12. in

Epi. ad

Titu. c.

Homil. 1

ad Popul.

Lib. 7. Epi

110.

1. Tim. 3. 6

c. sicut Neo-

phyt. dist. 28

c. nullus d.

2. c. vora.

d. 36.

Trid. Sess. 23

c. 8 § 1. de

Reformat.

4.

quocunque modo, sed cum omni plenitudine, quam exigit ordo, & ministerium, ad quod eliguntur. Quemadmodum enim Dominus noster maiorem Spiritus Sancti plenitudinem communicat in ordine gradus altioris (vt paulò antè dicebamus;) ita necessaria est maior dispositio in ordinandis, vt possint ipsum Sacramentum dignè suscipere. Et quamuis Sacerdotium maiorem exigit Sanctitatem: non est tamen leue iudicium, Diaconatum valdè magnam exigere, quod Apostoli eam expresserint verbo illo: *Spiritu Sancto plenos*: quod semper significat excellam valdè Sanctitatem. **A**DDUNT deniq; Apostoli, vt eligendi etiam essent *Sapientia pleni*. **O**mnis scilicet prudentia ac discretione, & scientia Diuina ac humana, quæ necessaria est ad sua munia exactè exercenda. Et speciatim quod attinet ad Diaconos, qui etiam Euangelium explicant: ad quod necesse est, penetrasse *mysteria & arcana fidei*. Nec sine causa statim subiicit: Diaconi si uxorem habuissent, id esset *vnus* tantum: in signum suæ continentia. Per quod excluduntur bigami ob apertum iudicium exiguæ eorum continentia. quod si filios habeant, etiam attendatur, an benè eis præfuerint, suamque domum gubernauerint; vt ex his prudentia, discretioque eorum cognoscatur.

1. Tim. 3, 9

§. II.

**H**Æ SVNT qualitates & virtutes, quas Apostoli in eligendis Diaconis requirebant. Ex quo etiam factum est, vt non vellent ultra se prem nominari: semper enim quod pretiosum, id rarum est & modicum: & in comunitatibus, vt facillè pauci aliqui inueniantur insignis virtutis: ita difficillè inueniuntur multi: semper enim multitudo ad id, quod minus perfectum est, propendet. In lege antiqua (inquit S. Ambrosius) Sacerdotes & Leuitæ erant innumeri: eò quòd & coniugati essent, & ministeria sua certis tantum temporibus & locis suis obirent: & mox in domos suas reuertebantur. In lege autem Evangelica Diaconi & Sacerdotes perpetuam profitentur continentiam, suisque ministerijs quotidie assistunt cum magna vitæ perfectione. Quare meritò esse debent pauciores numero: quia tunc non difficillè erit personas eo statu dignas inuenire. Ex quo etiam prouenit, quod nullus septem illorum virorum id ambiuerit, vt in Diaconum nominaretur, aut eligeretur. Cùm enim Apostoli dixissent, vt eligerentur viri vitæ probatæ, *pleni Spiritu Sancto & Sapientia*: non existimarunt se tales esse: ideoque superbiæ & ambitionis crimen reputarunt, talem nominationem querere. Et eodem Spiritu progressi sunt Patres antiqui, cum legamus, Sanctum Martinum non solum Episcopatum & Sacerdotium recusasse; sed etiam quemcunque ordinem Sacrum: ex profunda sua humilitate contentus, quòd S. Hilarius Acolythum ipsum ordinaret. Sed rarò iam heroica adeò humilitas inuenitur in terra.

1. Tim. 3.

Et

Et quoniam sacer ordo non quæritur: purè propter seipsum, & spirituale officij sui bonum; sed ob alios etiam fines & commoda temporalia; multi illum quærunt. Quod si ij tales essent, quales Apostoli requirebant, & iam depinximus; nec minoris fierent eò quòd essent multi, nec desinere-  
*a* *multiplacasti gentem; & non magnificasti lætitiã.* Nam cum multitudine non crescit sanctitas, in qua vera amplitudo & perfecta cordis læticia consistit; sed potius dilatatur torpor, & imminuitur perfectio. Ingridiantur itaque ad sua interiora, qui sacros ordines quærunt, aut eos iam susceperunt; & attendant examinentque diligenter: an in se qualitates illas inueniant, quos Apostoli Sancti in eis requirunt: an pudici sint, & linguam suam, gulam, & ebrietatem refranent; an quoduis crimen, graueque peccatum detestentur; cum quanto candore coram Deo & hominibus versentur, præbentes de se bonum testimonium opere ipso potius, quam verbis; sintne Spiritu Sancto pleni, & amoris eius igne inflammati; an optent expendere te totos in Dei obsequium; an pleni sint prudentia & Sapientia, quam eorum status requirit; an Sacrum ordinem propter ambitionem aut auaritiã, aut finem alium terrenum quærant, aut gloriam potius Dei, & Ecclesiæ vtilitatem respiciant; an suam voluntatem & studium Diuinæ prouidentia committant, ac Diuinæ eius vocationis consilia (de quibus postea dicemus) sequantur. Quod si aliquid ex his deesse sibi aduertant; studeant illud sibi comparare; accipientes tanquam exemplar suum, primum horum septem Diaconorum Sanctum Stephanum: de quo S. Lucas: *b* *elegerunt Stephanum virum plenum fide & Spiritu Sancto.* In quo scilicet omnes qualitates & ornamenta inueniebantur quæ Sancti Apostoli desiderabant. Nam eminebat in viuacitate & intelligentia eorum, quæ fides docet; & in fidelitate, qua sua obibat ministeria; in fiducia, qua insignia facinora aggrediebatur, sperans à Deo felicem ex ijs exitum: *spiritu Sancto etiam plenus erat*, qui sua præsentia eius fidem reddebat feruentiorem, & auxilium præbebat ad rectè secundum eam operandum. Ex quo orta est mutatio quædam admiranda dextera excelsi. Nam cum Apostoli septem illos Diaconos designassent, vt attenderent distributioni elemosinarum inter viduas: vt ipsi hac cura expediti, orationi attenderent & prædicationi, statim Spiritus Sanctus (vt aduertit S. Gregorius Nissenus) eduxit eum ex illo Ministerio, & eleuauit ad prædicationem, quæ erat aliàs Apostolorum propria, vt eos iuuaret (quòd egregiè præstitit) in promulganda & propugnanda fide; magnaque opinione ei adferenda, magna sua Sapientia & miraculorum splendore. Hunc in modum perfectionem Diaconorum expleturi, excellere debent in prædictis omnibus virtutibus; ita vitam suam instituendo; vt dignos se reddant, quos Deus

*a* *Isaia. 60.**b* *Act. 6. 5.**Oras. de S. Stephano.*

ad maiorem alium ordinem & munus exaltet, iuxta illud Apostoli: <sup>Quae</sup>  
*Tim. 3:13* *benè ministraverint, gradum bonum sibi acquirunt, & multam fiduciam in fide,*  
*quae est in Christo Iesu.* Digni enim sunt, qui ad altiorem in Ecclesia gradum,  
 qui est Sacerdotij, promoueantur; & propter fidelitatem, qua suum munus  
 obeunt, magnam concipient in Deum fiduciam, quod possint alia praecla-  
 riora praestare in virtute eiusdem Christi Domini nostri, cuius sunt Mini-  
 stri.

## CAPVT IV.

STATVS SACERDOTALIS DIGNITAS ET SANCTITAS  
 ex collatione cum Sacerdotio Melchisedech, & Aaron, ac ipsius  
 Christi Domini nostri.



AGNAE SEMPER CVRAE FVIT DEO DOMINO no-  
 stro, dignitatem & Statum Sacerdotalem honorare: tri-  
 buens Sacerdotibus magnam eminentiam & singulares eis  
 exhibens fauores in tribus Legibus: Naturali, Scripta, &  
 Evangelica, augens eos in secunda plus quam in prima; &  
 in tertia incomparabiliter plus quam in vtraque. Vt enim veritas figuram,  
 & corpus vmbra suam: ita Sacerdotium Evangelicae Legis excellit Sa-  
 cerdotia Legis naturalis & scriptae, tanquam figuras & vmbra suas: per  
 quas explicabimus sensim *amplitudinem* nostri Sacerdotij, quod est sum-  
 mi ac supremi Sacerdotij Iesu Christi Domini nostri participatio quae-  
 dam, ad eum ei similis, vt oblatio, quam ipsemet in nocte suae Passionis ob-  
 tulit, corporis scilicet & Sanguinis sui Sanctissimi accidentibus panis  
 & vini *tuba*: eandem ipsam offerant quotidie nostri Sacerdotes, imò ip-  
 semet Christus per illorum manus offert. Ita enim officium, quod ipse per  
 semetipsum tunc fecit, commisit alijs: vt illud ipsum continue per eos  
 praestet, & eodem modo per eosdem Sacerdotes reliqua *ministra* ex-  
 ercet, quae eis commisit: vt pergant & promoueant, quod ipse in mun-  
 do ante suam mortem designauit; & sic auctoritatem & honorem sum-  
 mum, quem potuit, eis attulit. Quemadmodum enim impossibile est ali-  
 ud Sacerdotium esse maius, quam Iesu Christi Filij Dei viui; neque cogi-  
 tari potest Sacrificium aliquod magis pretiosum, quam quod ipse obtulit  
 aeterno suo Patri; nec actus magis heroici, quam ipse fecerit in bonum ho-  
 minum remittens illorum peccata, illos iustificans, dirigens ac perficiens  
 vsque ad *aeternam* vitam: ita non est possibilis alia participatio magis glo-  
 riosa huius Sacerdotij, quam illa, quae splendet ac eminet in eo, quod  
 ipse instituit in Lege Nuova, accipiens homines, quasi instrumenta vt per

eos om

eos omnia hæc officia præstaret: vt apparebit, si discurremus per ea, quæ in alijs duabus Legibus sunt gesta.

§. I. Sacerdotium Melchisedech.

**P** R I M V M in lege Naturæ illustre valde fuit Sacerdotium Melchisedech, de quo Diuina Scriptura ait: *Melchisedech Rex Salem offerens panem & vinum, erat enim Sacerdos Dei Altissimi, benedixit Abraham.* In quibus verbis quatuor insinuantur Sacerdotalis dignitatis excellentiæ. *Prima* fuit, quod voluerit Deus eam coniungere Regiæ dignitati, constituens, vt maneret in primogenitis & Personis Reipublicæ nobilissimis, & qui quasi Reges eam regerent & gubernarent: vt homines, qui externo & corporali hoc splendore ducuntur, magis reuererentur Sacerdotes, videntes eos etiam esse Reges. Vt apparuit in Sancto Iob, qui simul fuit Rex sicut tres eius amici; & ita eum appellant Septuaginta Interpretes; & simul fuit Sacerdos, vt indicant Sacrificia, quæ pro suis filijs & amicis obtulit.

**E** T H I C vsus fuit etiam apud gentiles, & nominatim apud Aegyptios, qui Sacerdotis dignitatem conferebant sapientiori; & Sacerdotibus Regiam dignitatem: ac propterea eos vocabant *Trismegistos*, id est ter maximos. Et fortè propterea tres Magi Reges, qui erant gentiles, obtulerunt Messia: tria dona, quæ tres has dignitates significabant; *b Aurum* tanquam Regi, *Thus* tanquam Sacerdoti, & *Myrrham* tanquam homini iusto, incorrupto & Sapienti: talis enim esse debet, qui has suscipit dignitates. Quod voluit Deus significari per nomen Melchisedech, Regem Salem: quemadmodum Apostolus interpretatus est, dicens: Illud nomen significare *c Regem Iustitiæ, & Regem pacis*, Vt sic intelligatur secunda excellentia *Sacerdotis Dei Altissimi*, quæ est, vt idem sit Rex: non vt alij Tyranni, aut mundani: sed Rex iustus, & pacificus: iustus in se ipso, & iustus in officij sui administratione; ita iustitiam administrando, vt quisque reddat, quod est Dei, Deo; & quod est proximi, ipsi proximo. Ex quo proueniet, vt sit pacificus in se ipso: pacificans carnem suam cum spiritu; & spiritum suum cum Deo suo; dan: que operam, vt etiam subditi sui pacem habeant cum Deo suo, & mutuam inter se ipsos. Quod totum magis adhuc perficitur Sacerdotij dignitate; Regia enim sola ad id non suffecisset. Cuius dignitatis tanta est amplitudo, vt de eodem Melchisedech addiderit Apostolus: *Sine patre sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vite habens.* Non quòd illis caruerit, cum verè fuerit homo purus; sed quòd in Scriptura Sacra nulla eorum fiat mentio: ideoque quoad nos est, atque si illa non habuisset; siquidem nihil eorum scimus. Causa autem cui Scriptura Sacra ea tacuerit, est, vt intelligatur, quod Sacerdotalis dignitas

1 Genes. 14.  
8.

Pineda in  
Iob. 1. 1. & 5.  
Tobia. 2. 15.

b Matt. 2. 11.

c Hebr. 7. 2.

Supra.

cum eis adnexis, per se solam sufficiat ad honorem & auctoritatem homini conferendam; ita ut Sacerdos summi Dei non debeat gloriari de parentum amplitudine, antiquitate, & nobilitate sui generis: nec de patria, aut die, in quo natus est; nec rationem ullam ducere gloriosi sepulchri, in quo sit deponendus: sed totam suam amplitudinem & gloriam in eo collocare debet, quod Sacerdos sit Iustus, Sanctus, & pacificus: & quod officium suum dignè obeat. Quamvis enim meritò sit optandum, ut Sacerdotes has habeant terrenas qualitates, quòd filij sint proborum parentum, & nobiles genere: id tamen totum quasi nihil aestimari debet, comparatione Sanctitatis & Sacerdotij; quemadmodum stellæ veram habent pulchritudinem & splendorem in seipsis; præsentem tamen Sole sunt quasi non essent. Ne autem aliquis existimaret, excellentiam, quam habuit Melchisedech, ei provenisse ob Regiam dignitatem; non autem ob Sacerdotalem: nullam Scriptura Sacra actum commemorat aut ipso tantumquam Rege factum; sed solum quos fecit, quæ erat Sacerdos: qui fuerunt tres; offerre scilicet Deo Sacrificium panis & vini; benedicere Abrahamo; & recipere ab eo decimas. Dignitas enim Regia non æquatur Sacerdotali, & præstantissimis eius actibus.

d Gen. 1, 16.

Ac propterea ait Hugo: quòd quemadmodum d *Deus* in mundi initio creavit duo magna lumina: Solem, ut præfesset diei; & Lunam, ut præfesset nocti; ita constituit has duas dignitates, Sacerdotalem, quæ præfideret diei, & homines gubernaret in rebus spiritualibus, quæ tendunt in vitam æternam; & Regiam, quæ præfideret nocti, & eisdem homines gubernaret in ijs, quæ ad bonum mortalis huius vitæ pertinet: quæ vita nox censenda est, si cum altera conferatur. Et quemadmodum Sol Lunam excedit: ita Sacerdotalis dignitas Regiam superat.

e Hebr. 7. 4.

HÆ FVERVNT Melchisedech excellentiæ: de quo dixit Apostolus: *e intuemini quantus sit hic*, de quo hæc adeò excelsa & præclara dicuntur, quorum illud valde gloriosum fuit, quòd fuerit exemplum & significaverit Sacerdotium Iesu Christi veri Dei, & hominis Domini nostri: de quo dixit David: *f Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*. Habuit enim excellentias, quæ in eo Sacerdotio expressæ fuerunt, etiam cum infinito excessu. Ac propterea Apostolus dixit, quòd ipsemet Melchisedech *g assimilatus est filio Dei*, sicut dicimus imaginem & picturam similem esse & exactè referre hominem, cuius est imago & pictura; non autem dicimus ipsum hominem, similem esse imagini, & picturæ suæ. Fuit igitur Christus Dominus noster repræsentatus in Melchisedech, quatenus ipse Christus fuit verus Rex, & Sacerdos, *Rex Regum, & Dominus Dominantium*, Sacerdos summus & Princeps Sacerdotum, & per excellentiam Rex iustus & ipsius iustitiæ fons; Rex pacificus, & Author om-

f Psalm.

109. 4.

S. Thom. 3.

p. 9. 12.

Trid. Sess.

22 c. 1.

g Hebr. 7. 3

h Apoc. 19

. 6.

nis

nis pacis inter Deū & homines. De qua iustitia & pace præ alijs omnibus rebus gloriabatur; & quod in Melchisedech fuit parabola siue ænigma, in isto Dño fuit veritas. Qua homo enim nõ habuit Patrē; & qua Deus nõ habuit matrē, nec initiū habuit dierū suorū, nec finē est habiturus: eius que generatio est ineffabilis. Ideoq; quoad nos est quasi nõ esset: nam etsi credamus eam: intelligere tamen non possumus. Et quamuis fuerit verè Rex, nunquam tamen in hac vita mortali exercuit actiones Regis temporalis; sed de actibus Sacerdotis, & Magistri gloriabatur, offerens Patri æterno Panem & vinum: non tamen purum panem & purum vinum, sicut Melchisedech: sed corpus suum viuum accidentibus panis reatum; & suum pretiosum Sanguinem accidentibus vini obuelatum: quorum virtute cælestes benedictiones nobis communicat, quas sacra sua Passione & morte nobis comparauit.

EST ETIAM Sacerdos in æternum: nam ad finem vsq; mundi hoc Sacrifitium offeret, cuius fructus erit æternus. Ad id autem præstandum, instituit in suum locum Sacerdotes legis Nouæ: in quibus eadem inuenirentur excellentiæ: eò quod omnes essent secundum ordinem Melchisedech, & summo honore digni. Nam (vt S. Ignatius Martyr dixit) Sacerdotium summa est omnium honorum, qui in hominibus inueniuntur. Nam illi sunt Reges, & quidem regno magis glorioso, quàm sit temporale: quibus competit per singularem excellentiam quod S. Petrus dixit: vos estis regale sacerdotium; & seniores Apocalypsis glorificauerunt agnum, qui ob signatum librum aperuit: *Redemisti enim nos* (dicebant) *in sanguine tuo, & fecisti nos Deo nostro regnum, & Sacerdotes, & regnabimus super terram.* Non quod regia & Sacerdotalis dignitas, de qua nunc loquimur, omnibus Christianis conueniat: sed quod in ipsis tantum, & ex ipsis designet, & eligat Christus Dominus noster veros Sacerdotes, qui etiam sint Reges, non temporales, sed spirituales. Ac propterea (vt ait S. Chrysostomus) eorum regnum est multò excelsius, & præstantius. Nam temporali Regi commissæ sunt res omnes terrenæ; Sacerdoti autem cælestes; regi corpora; Sacerdoti animæ; Rex thronum suum habet in terrâ, Sacerdos in cælo: ibi enim approbatur, quod hic in terra ipse iudicio decreuerit. Rex gubernat violenter; Sacerdos autem enim consilio; ille corporalibus armis contra barbaros pugnat; hic contra Dæmones armis agit spiritualibus. Ac propterea maior est Sacerdotis Principatus, cuius manum Rex osculatur, & ab eo benedicitur: semper enim, vt ait Apostolus: *quod minus est à meliore benedicitur.* Ex quo S. Ambrosius deducit: quod quemadmodum aurum excedit plumbum, ita dignitas Sacerdotalis regiam excellit: & concludit: nihil est in hoc seculo excellentius Sacerdotibus; si quod sumus professione, actione potius quàm nomi-

ne de.

Epist. 10. ad  
Smirneses

11. Petr. 2. 9

K. Apoc. 5. 10  
& c. 1. 6.Homil. 4. 8  
5. de verbis  
Isaia: 1. vidi  
Dominum.1. Hebb. 7. 7.  
cc. Lib. de  
c. dign. Sa-  
cerdotis  
c. 2.



2

ne demonstramus, ita ut vita dignitati, & officio conformetur. Ex quo fit ut Sacerdotes sint sicut Melchisedech, iustitiæ Reges & pacis: quorum munus est facere homines iustos; eosque cum Deo pacificare, remittentes eis peccata, gratiaque ac virtutibus eos exornantes. Et qui per ordinis Sacramentum hanc eis dat potestatem: simul dat Spiritum Sanctum, quo & ipsi sint in se iusti & pacifici: ut prius gaudeant bono illo, quod sunt alijs communicaturi. Accipit enim eos sibi in gentem Sanctam, &

3

regnum proprium: in quibus solus ipse regnet: ita ut nec patrem nec matrem agnoscant, nec genus, aut aliam cognationem; neque rem ullam terrenam: sed ipsum Deum solum; & in eo tantum gloriantur, quod eius sint ministri: & de nulla alia re, nisi in ordine ad ipsum Deum, iuxta illud, quod Moyses dixit benedicens Tribui Leui, in qua erat Sacerdotium antiquum: *m qui dixit Patri suo & matri sue: nescio vos, & fratribus suis: ignoro vos, & nescierunt filios suos, hi custodierunt eloquium tuum, & pactum seruauerunt. Benedic Domine huic fortitudini eorum, remunerans illos, ed, quod ita vitiliter propter tuum obsequium, omnes suos abnegarunt. Et quamuis multa alia opera præstent ob communicationem, quam cum reliquis hominibus habere debent: solum tamen gloriantur, & exultant de præcipuis. Quorum vnum est erga ipsum Deum: cui in sacro Missæ Sacrificio talem panem, taleque vinum offerunt, quod excellit illud, quod obtulit Melchisedech, plus quam quod viuens est, depictum excedit; & quod est cæleste, superat terrenum; quod est infinitum, finitum & limitatum; & ipsemet Creator vilissimam superat creaturam. Alterum est in ordine ad proximos: non enim sibi solis cibum hunc retinent; sed quemadmodum Melchisedech (ut affirmant Clemens Alexandrinus, & Theodoretus) ex pane & vino, quod obtulit Deo, partem dedit Abrahamo, eiusque famulis ex pugna redeuntibus: ita Sacerdotes communicant Principibus, totique populo Christiano hunc vitæ panem, ut robur, animique fortitudinem induant ad pugnam, quam contra Dæmonem habent. Quibus etiam per hoc Sacramentum, & alia, quæ illis conferunt, impetrant illis cælestes benedictiones, cum abundantia Diuinorum donorum. Quod si ab ipsis Sæcularibus Decimas, quibus alantur, suscipiant: multo maius est, quod ipsi illis dant: accipiunt enim ab illis, quod est corporale, & perituum; dant verò eis spirituale & æternum.*

*m*  
Deut. 33. 9.

§. II. Sacerdotium Aaron,

**T**RANSEAMVS nunc ad Legem scriptam, in qua Deus Dominus noster Sacerdotium magno affecit honore, constituens illud in Tribu Leui, & in capite Aaron & filiorum ac Successorum eius: id quod insigni quodam miraculo confirmauit: cum enim iussisset singulas Tri-  
bus

bus tradere Moyſi ſingulas virgas, & vniuſcuiuſque nomen ſuperſcribi virgæ ſuæ, & nomen Aaron in virga Tribus Leui; eaſque omnes poni in tabernaculo fœderis, dixit, eum à ſe eligendum in Sacerdotem, cuius virga ibi germinaret. Quæ cū ita eſſent facta, cœpit germinare virga Aaron in domo Leui; & rurgentibus gemmis, eruperunt flores, qui folijs dilatatis, in amygdalis deformati ſunt, reliquis omnibus virgis aridis, quales antea erant, remanentibus. Quo facto manſit Aaron in Sacerdotio confirmatus, & ſimul manifeſtata excellentia Status Sacerdotalis. Sacerdos enim florere debet doctrina, & vita exemplari, quæ luauē oleat Deo, & Eccleſiam ædificet, habeatque ſuum ſplendorem ad homines recreandos; debet etiam ornata eſſe folijs verborum prudentium, & piorum ad gloriam Dei & bonum proximorum, & proferre fructus Sanctorum operum, ſimilium amygdalis ſiue nucibus: quæ (vt Origenes perpendit) duplex habent tegumentū, alterū amarū alterum durum, defendens, quod intus latet, & quod aliàs nutrit; vita enim perfecta ſolet exterius regi operibus poenitentia, quæ ſunt carni amara; & laboribus vitæ actiua, qui ſunt duri graueſque debili corpori: interius autem latet Spiritus dulcis, & nutriens ac permanens. Si igitur hæc Deus à veteris Legis Sacerdotibus exigebat: quid petet ab ijs, qui ſunt in Lege Noua: cuius Sacerdotium infinitis partibus illud excedens, ſignificabatur virga illa Aaron? Si enim res bene perpendatur: quid aliud eſt panis, quem Sacerdos in ſuis manibus accipit, niſi virga quædam arida; quæ tamen poſita in tabernaculo Domini, virtute verborum conſecrationis repente, & in momento conuertitur in virgam illam florentem, de qua dixit Iſaias: *b Egreſietur virga de radice Ieſſe, & ſtor de radice eius aſcendet. Et requieſcet ſuper eum Spiritus Domini: Spiritus ſapientia, & intellectus, Spiritus conſilij, & fortitudinis, Spiritus ſcientia, & pietatis: & replebit eum Spiritus timoris Domini.* Quamuis enim ibi remaneant accidentia panis ad ipſam virgam contegendam: manet tamen ibi verè & realiter Summi Regis & Summi Sacerdotis poteſtas, cum flore Sanctiſſimæ ſuæ humanitatis, cum diuina ſua perſona coniunctæ; & cum omnibus fructibus ſatiſfactionum, ac meritorum, quos protulit ad communicandas nobis gratias & virtutes, quas nobis fuit promeritus. Quod ſi dixerimus cum S. Hieronymo: virgam Ieſſe eſſe virginem Sacraſſimam; & florem eſſe filium eius Sanctiſſimum: id non erit extra noſtrum propoſitum. Nam (vt ait S. Auguſtinus) veneranda eſt Sacerdotum dignitas: in quorum manibus velut in vtero virginis filius Dei incarnatur. Nam virtute Sanctiſſimæ Trinitatis, in eius manibus naſcitur ſtor Ieſu Nazarenus, qui natus fuit de virgine, cum virga ſuæ Diuinitatis & Omnipotentia; quam virga Aaron ſignificabat. Quantum igitur inter virgam & virgam diſcrimen? Quantum inter prodigium & prodigium? Aaronis virga

a Nū. 17, 8.

b Iſaia. ii.

in Iſaia. ii.

in Pſal. 77.

erat ex fragili amygdalo; virga autem Iesse, quæ in sanctissimo Sacramento later, est verus Deus & verus homo; illa protulit flores & folia, fructus utique viles ac perituros: hæc præstantissimos & æternos; illa reuifcebat sensim, & postea ad pristinam redijt ariditatem: hæc instanti formatur ibi, nec vnquam suum Esse amittit. Quæ tantæ est virtutis vt Sacerdotem ipsum & quemcunque Christianum, dignè eam sumentem ex virga arida conuertat in floridam; ex in deuoto deuotum; ex tepido feruentem; ex imperfecto perfectum: extimulans enim ad producendos flores feruentium desideriorum, folia verborum sanctorum, & fructus clarissimorum operum in omni genere virtutum, multò magis excellentium & gloriosarum interius, quàm exterius appareant. Eius enim est verbum illud: *c Qui manducat me, viuet propter me;* ducetque vitam quandam florentem, & fructuosam meæ similem. Ex quibus apparet excellentia status Sacerdotalis in Euangelica Lege, qui prodigiosam aded conuersionem efficit, in proprium ipsius Sacerdotis commodum, & plebis totius utilitatem. De qua conuersione potius gloriari debet, quàm de rebus omnibus creatis: siquidem in hac virga Iesse omnem suum inueniet remedium. De qua virga licet in sensu mystico intelligere, quod Christus Dominus noster duodecim suis Apostolis dixit, cum eos ad Euangelium prædicandum mittebat: *c ne quid tollatis in via, non peram, neque panem, neque in zona, nisi virgam tantum,* quæ sit vobistanquam fulcimentum. Quæ autem virga hac præstantior, & firmior? Cuiusmodi inniti licebit cum magno nostro solatio; eritque nobis pro pane, & ære, rebusque omnibus; nam in ea sola omnia inueniemus excellentiori multò modo, quàm si ipsasmet res haberemus.

SED non vacat mysterio, quòd cum Deus dixisset, virgam, quæ germinaret, fore signum eius, quem ipse in Sacerdotem elegisset: non fuerit postea contentus, quòd virga Aaron gemmulas germinasset, quod futurum promiserat: sed etiam voluit, vt ex turgentibus gemmis flores erumperent, folia, & fructus. Nam (vt Origenes dixit) Deus Dominus noster aded est liberalis: vt plus det, quàm promittat. Vt Sacerdos intelligat, se debere esse valde liberalem erga suum Deum; neque existimare, satis sibi esse, quòd exequatur quæ votis suis, alijsque obligationibus statui suo annexis promisit: sed ad multò plura sese extendere, vt gratum se ostendat, placeatque Creatori suo.

ALIVM etiam fauorem exhibuit Deus Sacerdotibus antiquis, ad eos honorandos: qui fauor eadem virga exprimebatur. Illa enim est signum potestatis, quam habent Reges, iudices, & gubernatores Reipublicæ. Quamobrem dixit Dauid: *e virgam regni Christi futuram virgam directionis,* qua nos esset gubernaturus, ac directurus in vitam æternam,

*c Ioan. 6. 58.*

*d Marc. 6. 8.*

*Abud Gless.  
illius loci.*

*c Psal. 44.*

nam,

nam, quod præstat per Sacerdotes. Antiquos fecit gubernatores populi sui; voluitque esse iudices in gradu Appellationis in controuersijs & litibus dubijs occurrentibus. *f* Si difficile, inquit, *Et ambiguum apud te iudicium esse perspexeris; Et iudicium intra portas tuas videris verba variari:* quia vnus dicet, hoc esse homicidium, alter verò dicet non esse; vnus dicet, hanc esse lepram, & alter dicet non esse: *Surge & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus. Veniesq; ad Sacerdotem Leuitici generis, & facies quodcumque tibi dixerit, qui autem superbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, morietur homo ille.*

f Dent. 17. 8

Et ipsemet Christus Dominus noster, hanc illorum rationem habens, causam detulit eis, cum sanabat leprosos iubens eos *g ostendere se Sacerdote;* vt ille index esset sanitatis & mundicie, quam ipse Christus eis dederat.

g Matt. 8. 4  
Luc. 17. 14

SED quæ comparatio huius honoris cum eo, quem SACERDOTIBVS Nouæ Legis detulit: quos constituit iudices omnium controuersiarum ad animas spectantium; & lepram, qua illæ solent maculari? Auger verò plurimum eorum excellentiam potestas illis collata, (vt ait *Lib. 3. de Sacerdotio.* SANCTVS CHRYSOSTOMVS) non solum ad declarandum aliquem esse à lepra mundum; sed etiam, vt ipsi eos mudent, qui ea sunt infecti: nam, qui leprosus ad eorum Tribunal accedit: cum de illa ipsi iudicant & absoluunt: ille mundus manet à lepra, quam habebat. Summum, quod SACERDOTES antiqui faciebant, erat sacrificijs ac cæremonijs: quas lex in pœnam alicuius culpæ constituiebat; immundiciem externam purgare. nostri autem ab interiori purgant immundiciam, quam homo contrahit peccato suo; & à lepra æternæ pœnæ, quam propterea erat promeritus. Quod vt Sacerdotes rectè præstare possint, datur eis Spiritus Sanctus cum septem eius donis, sapientiæ, scientiæ, & cæteris. Quamobrem meritò eorum potestas non censenda est arida virga; sed florens, sicut illa Iesse: in qua Spiritus Domini requiescit: qua statim atque pœnitentem tangunt, etiam si sit ex *Se* virga arida, faciunt florere, communicantes ei gratiam & virtutes supernaturales: & profert flores, folia, fructusque præclaros, cum Contritionis, Confessionis, & Satisfactionis actus exercet: vt perfectam obtineat peccatorum remissionem.

Lib. 3. de  
Sacerdotio.

DE NIQVE virga Aaron, quæ prius arida erat, & ornatu exuta, quem stipiti suo vnita habebat: postea Dei virtute vestita fuit, suisque floribus, folijs, ac fructibus exornata; nec amplius profanis vsibus fuit applicata; sed *h* *reposita in tabernaculum testimonij, & in ipsa arca testamenti,* in perpetuam Sacerdotij Aaron memoriam; & in signum, quod

h Nū. 17. 10  
i Hebr. 9. 4.

k 2 Paral.  
29. 11.

l Nū. 18. 20.  
m Deut. 10.  
9 c. 8. 2.  
n Zach. 2. 8.

Lib. 13. An  
tiq. c. 8.

o Leuit. 21.  
10.  
Epist. ad  
Fabiolam.

p 1. Tim. 5.  
27.

Deus ipsum accipiebat in suum, suoque seruitio in perpetuum dedicabat, iuxta illud quod Rex Ezechias Sacerdotibus dixit: *k Vos elegit Dominus ut stetis coram eo, & ministretis illi, colatisq; eum, & cremetis ei incensum.* Et ut Tribus Leui omnino se obsequio eius dedicaret; noluit eam habere aliquam hæreditatem, aut bona temporalia, & speciales fundos, sicut alia Tribus habebant; *l Dominus enim ipse hæreditas eorum erat, m & possessio eorum,* quia in se recepit eos alere ex oblationibus populi: tantoque zelo eos protexit, ut diceret: *n Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei.* Eisdem magno etiam honore affecit, induens eos vestibus ingentis gloriæ, quæ dignitatis eorum amplitudinem præferrent; & admirari- nem ac reuerentiam adferrent eos aspicientibus. Idque adeo ut Alexander Magnus, teste Iosepho, cum ingrederetur Ierusalem, ei que obuiam exiret summus Sacerdos Pontificali habitu indutus, ipse ex equo descendens eum adorauerit. Et in Leuitico prohibuit ei Deus: *o caput suum cuiquam discooperire,* in signum (vt ait S. Hieronymus) supremæ suæ auctoritatis, Omnia autem hæc cum maiori adhuc excellentia inueniuntur in Sacerdotio Legis Euangelicæ: quod est participatio quædam Sacerdotij Christi Domini nostri, cum quo Sacerdotes nostri sunt spiritualiter coniuncti; & à quo internarum vestium ornatum accipiunt, præstantium scilicet virtutum; suntque electi, ut semper in eius conspectu versentur: non solum quia ille Deus est, sed etiam quia homo; eo modo, quo ipse nobiscum in terra est, ei seruiantes, & honorem deferentes, ac ineesum & Orationes offerentes; & loco carni-um, agnorum, ac vitulorum offerentes ei carnem & sanguinem Agni Dei, qui tollit peccata mundi, quæ caro & sanguis manent perpetuo intra ipsam Ecclesiam in Sanctissimo Altaris Sacramento, in testimonium supremi eius Sacerdotij. Et ipsemet Dominus vult esse eorum hæreditas & possessio, tradens seipsum illis quotidie in cibum & escam: qui recipit in seipsum eos protegere, alere, suoque alimento & honore spirituali ac temporali honorare. Nam (vt Apostolus dixit): *p Qui bene præsumt Præbyteri duplici honore digni habentur: & mundi huius Principes hanc eorum dignitatem agnoscetes, seipfos propter eam eis demittunt.*

## CAPVT V.

QUANTA SIT PRÆSTANTIA MVNERIS SACER-  
dotum, & quanta virtutum facultas ad id præstandum sit necessaria, iuxta  
ea que in Cæremoniâ consecrationis eorum insinuantur.



**H**XDICTIS JN SUPERIORIBVS CAPITIBVS  
cognoscere licet excellentiam Sacerdotum Euangelico-  
rum: quos Christus Dominus noster Patres constituit  
hominum in esse gratiæ; medicos in infirmitatibus;  
iudices peccatorum eorum, cum potestate ea remitten-  
di; Ianitores & Clauigeros cæli cum potestate eius  
portas aperiendi & claudendi; aduocatos & interme-  
dios inter Deum & homines; inspectores & tutores pugnantium in con-  
flictu mortis; & super omnia sunt nutrices, quæ illos educant, & alunt ci-  
bo vitæ, quem è cælo descendere faciunt. Propter quos dicitur de Ec-  
clesia, quod sit quasi a *navis inſitoris de longè portans panem suum*. In qua re  
absque vlla comparatione excedunt potestatem Moysis, qui faciebat de-  
scendere manna è cælo; & Sacerdotum eius: qui semel in vita, & quasi  
prodigiolè faciebant descendere de cælo ignem, qui Sacrificium ipsorum  
combureret; aut vt Angelus aliquis veniret, aut aliquis lucis radius, aut  
nebula, quæ Deum repræsentaret: nostri autem Sacerdotes faciunt de  
cælo ad terram descendere, non manna corruptibile, sed Verbum Diui-  
num incarnatum; manna absconditum & incorruptibile; non materia-  
lem ignem, sed ipsum ignis Creatorem, qui dicitur: *b ignis consumens*; non  
Angelos, sed Angelorum Dominum multis eorum millibus stipatum; non  
visibilis lucis radios, sed ipsummet Solem, à quo lucis inuisibilis radij  
procedunt: qui est in suo cælo Emphyreo, cælestem illuminans Ierusalem,  
de qua Sanct. Ioannes dicit, quod *c non egeat Sole neque Luna vt luceant in  
ea: nam claritas Dei illuminat eam; & lucerna eius est Agnus*. Inde autem Diui-  
nus hic Sol lucem mittit cælestem, & radios ignis charitatis, cum Sacer-  
dotes administrant reliqua Sacramenta: nam cum baptizant, mittit ra-  
dium quendam lucis & gratiæ, quo baptizatos efficit filios Dei adopti-  
uos: quando absoluunt, mittit radium ignis consumentis & comburentis  
omnia pœnitentium peccata: quando vngunt extrema vnctione, mittit  
alium radium, quo sanat & confortat animas ægrotantium. Non enim  
aliud est baptizare, absolvere, vngere, & chrysmate signare, quàm addu-  
cere ex cælo radios gratiæ & luminis cælestis, prodeuntes à Sole Iustitiæ  
Christo Seruatore nostro. Quando autem Sacerdos consecrat, deducit de  
cælo ad terram; & à dextera Patris ad manus suas ipsummet Solem Iu-

<sup>a</sup> Pro. 31, 14.

<sup>b</sup> Deut. 4.  
24.

<sup>c</sup> Apoc. 21.  
23.

l Isai. 30.8  
1. Re. 20.11

e Cant. 1.1.

f Luc. 12. 49  
Lib. 3. de Sa-  
cerdotio.

g 3. Reg. 13.

38.

h Lemit. 9.

4.

i 2. Paral.

7. 13.

2

e. 5. de Eccl.  
Hierarch.

K Malac. 2.

7. ca. 12. de

Eccl. Hier

arch.

stitiæ cum omni sua pulchritudine & splendore, quem in throno suo ha-  
bet; quamuis tectum nube accidentium panis & vini; quia mortalium or-  
culi non potuissent tantam lucem & pulchritudinem intueri, si discoo-  
perta fuisset. Et Sol ille, qui reuersus est, decem lineis per gradus, quos descende-  
rat, (nam relictis nouem choris Angelorum, humiliavit sese vique ad  
vnitionem cum humana natura) quotidie renouat stupendum hoc factum.  
Nam transiens per hos nouem choros, ad nos descendit instar cibi & po-  
tus, vt animabus nostris sese coniungat; & qui ab antiquis Patribus deli-  
deratus fuerat, & petitis spatio quinque millium annorum, clamantibus  
vt tandem veniret, dicente sponsa illius temporis: e osculetur me osculo oris  
sui, coniungens scilicet Diuinam suam naturam cum mea: nunc in momen-  
to sæpius in die ad vocem Sacerdotis consecrantis, descendit de cælo, vt  
sua sponsa sese coniungat, non solum ore ad os, sed toto suo corpore to-  
toque suo Sanguine ingrediens in eam, vt eam in suum Diuinum Spiritum  
transformet. Et qui in cælum ascendens, misit Spiritum suum Sanctum  
in forma ignis: descendit quotidie per manus Sacerdotum, ad eundem  
amoris ignem communicandum: adimplens inuisibiliter, quod aliquan-  
do dixerat: *ignem veni mittere in terram: & quid volo nisi vt accendatur?* adest  
enim (ait S Chrysostomus.) Sacerdos, non ignem gestans materialem, sicut  
Abraham, vt suum offerret Sacrificium: sed Spiritum Sanctum, qui est ignis  
consumens, quo vestitus venit: *preces Diuinas fundens, non quo flamma calen-  
tus delapsa, sacra apposita absumat, vt factum est tempore g Elie; aut quando  
h Aaron fuit consecratus, aut quando i Salomonis templum fuit dedicatum;  
sed vt flamma gratiæ & ignis Diuini, qui panis & vini substantiam consu-  
mens, in eorum locum ingrediatur corpus & Sanguis Christi, & per ipsum  
omnium animos & corda inflammet, à peccatis & imperfectionibus man-  
dans puriores reddat argento igne excocto, & splendidiore anro ex conflato-  
rio prodeunte. Ex quo fit, vt in Sacerdote tres sint actus Angelicæ Hie-  
rarchiæ, purgandi scilicet, illuminandi ac perficiendi. Nam spirituali igne,  
quem per Sacramenta tradit, & Sacrificijs ac orationibus impetrat: puri-  
ficat peccata, & illuminat, perficiens virtutum splendorem. Et quamuis  
SANCTVS DIONYSIVS hos tantum duos actus ei tribuat; licet  
tamen etiam ei tribuere actum perficiendi, quatenus per communio-  
nem eleuat ad vnitionem cum Deo. Quamobrem non mirum esse, ait  
idem Sanctus, quod cum Angelis conferatur, dicatque Propheta: *k la-  
bia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius: quia Ange-  
lus Domini exercituum est.* Et plus est quam Angelus in potestate: qua po-  
test panem & vinum in Corpus & Sanguinem Christi conuertere: quod  
Angelis & Seraphinis non est concessum; & potest remittere peccata, ha-  
betque clauis cæli, vt eius portas aperire possit & claudere: quæ illis non  
sunt*

sunt concessæ. Cum igitur Angelos in potestate excedat: non mirum quod eisdem in scientia & Sanctitate imitetur: Vt quemadmodum *Angeli sunt potentes virtute, facientes verbū Dei*: ita Sacerdotes sint etiam potentes, obediendo Christo Domino, sicut Christus ipse (si ita loqui licet) eis obedit, cum consecratur, descendens in eodem momento è cælo ad Sacramentum. Sacerdotium (ait S. Chrysostomus) res est quæ geritur in terra, est tamen inter res cælestes numerandum: idq; iure optimo: non enim est inuentio mortalium, aut Angelorum, aut Archangelorum, nec alterius creatæ potestatis, sed institutio est ipsiusmet Dei, volētis eleuare homines in terra viuentes ad ministerium quoddam Angelicum. *Et ideo necesse, inquit, est Sacerdotem sic esse puram, ac si in ipsis calis collocatus inter cælestes illas virtutes medius staret.* Eò quod viuentibus eis in terra, concesserit Deus dispensationem rerum spectantium ad cælum: dans eis potestatem, quam neque Angelis, neque Archangelis concessit. Hæc S. Chrysostomus.

His adde (vt S. Gregorius aduertit) Diuinam Scripturam Sacerdotes non solum Angelos appellare, sed etiā *Deos*: nam vt in *Moyse constituit Deus Pharaonis*: ita eos constituit in *Deos hominum*: vt qui Diuina autoritate Dei causas iudicent, ferantque sententiā non dico de iniurijs, quibus homines mutuo se afficiunt; sed de ijs, quibus ipsi afficiunt Deum. Et quidē non per modū intercessionis aut obsecrationis, sed eū autoritate & imperio dicūt: *ego te absoluo*. Adeoq; sunt cum Christo coniuncti & vniti; vt, quasi essent idem ipse Christus, super ipsum panē dicant: *hoc est corpus meū*; & ita illum in corpus ipsiusmet Christi conuertunt. Quare merito tenentur eum imitari in sanctitate & vitæ perfectione, quem imitantur in autoritate & potestate Diuina. Ac propterea S. Dionysius dixit: *qui Sacerdotem dicit; auginstiosem prorsusq; Diuinum insinuat virū*. Cuius officium (vt ait S. Gregorius Nazianz.) est *Deificare homines*, talem eis cibum porrigens, quo sumpto ad vitam quandam Diuinam eleuentur: in qua ipsi debent esse eminentiores.

## §. I.

**E**X His deducere licet præstantiam & eminentiam virtutis ac Sanctitatis ad excelsa adeò ministeria exercenda necessariæ. *Primum enim si Sacerdotes sunt Angeli, ac Dij in suo officio: etiam debent esse tales in vita: ita vt hæc in eis non humana sit, sed Angelica ac Diuina; vt contendant ad summam similitudinem, quam poterunt, peruenire in puritate & Sanctitate cum Angelis, & cum ipso met Deo imitando eius Diuinas virtutes ac perfectiones. Quod enim gradus officij proximior est Deo: eò maiore exigit similitudinem cum ipso: vt qua par est dignitate exerceatur. Sed quoniā omnis creaturarū dignitas breuis & exigua est, si cum suprema amplitudine & maiestate conferatur: necesse est hunc defectum, humilitate & integra subiectione, obedientiaq; voluntati ac directioni Diuinæ suppleri*

Ita

1. Pf. 102. 20

" Lib. 3. d.  
" Sacerdotio3.  
L. 4. Epi.  
ca. 75. |  
in Exod. 7.  
n. c. 22. 9.  
Psal. 81. 6.  
Dionys. 1. c.  
12. de Eccle.  
Hierarch.De Eccle.  
Hierarch. c.  
1. Orations  
130.

7.

2.



Ita vt homo agnoscat suam miseriam, indignitatem, exiguasque vires, & facultatem; & seipsum propterea tanquam puluerem, & cinerem humiliet in conspectu maiestatis Diuinæ; coram qua tremunt Potestates cælestes: sed interim tanquam seruum subijciat sese promptum & paratum ad omnia, quæ eius Dominus & Creator de ipso constituerit. Sed, ne humilitas incidat in pusillanimitatem, adiungenda est fiducia de omnipotentia Diuina, & immenla eius bonitate ac misericordia. Cùm enim ipse Deus ad ministeria aded excelsa dignatur viles aded debilesque Creaturas eligere: simul videtur omnipotentiam suam ad eis fauendum obligare: quia ita exigit infinita eius bonitas & charitas, cuius iugum & onus suaue est ac leue: gratia enim sua assistit, iuuatque ad illud ferendum, & plenè exequendum officium, quod committit. Ac propterea vult sibi confidi, in hac enim fiducia magna suæ fortitudinis pars consistit: iuxta illud Isaia: *qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem humanam in Diuinam, assumunt pennas sicut aquila*, quæ fortis ac generosa est avis, ad facinora aded gloriofa aggredienda. Sed quoniam fiducia de prouidentia & omnipotentia Diuina nostram etiam industriam ac diligentiam requirit: (non enim solus vult Deus talia opera efficere) necesse est, Sacerdotes magno feruore manum apponere, & ex parte sua totam virtutem, scientiam, & prudentiam adhibere, quam hæc ministeria requirunt: non parcendo labori, asperitati, aut difficultati alicui, vt ea valdè exactè præstare possit; & offerre se ad gestandam crucem Christi, cuius ministerio coniunctam & annexam.

5. CUM igitur Sacerdotes simul cum reliquis ad superiores & inferiores gradus spectantibus, Hierarchiam & Rempubl. quandam Ecclesiæ Catholicæ constituent: quæ quasi corpus quoddam est cum suis membris & capite: necesse est omnes inter se summa charitatis vnitione, magna conformitate, & pace esse coniunctos: vt sic magis splendeat ministeriorum eorum excellentia, quæ non possunt commodè fieri, nisi multis conuenientibus: qui tamen non benè conuenient nisi valdè benè sint coniuncti. Ex quinque his partibus seu capitibus conficitur perfecta virtus & facultas ad statum Sacerdotalem, eiusque ministeria necessaria. Et omnia quinque deducit mirabiliter S. Dionysius ex quinque præcipuis Cæremonijs, quæ suo tempore adhibebantur in consecratione Sacerdotum. Nam primum, ait, accedebant propè altare, representantes *castissimum & sacratum accessum, per quem Deo similes fiant; & Diuinis castissimisque, & sacrosanctis altaribus pro viribus digni*. a Qui enim accedit ad Deum, vt ait Dauid, *illuminatur; & facies eius non confundetur*: nam absque pudore poterit eius teruitio assistere cum splendore sanctitatis, quam à Diuina eius præsentia recepit. Et cum non accedamus ad Deum gressibus corporis, sed anima

De Eccles.  
Hierarch.  
c. 5. p. 2.  
1.  
1. Psal. 33. 6

affectu.

affectionibus: ille censetur ei esse propior, qui maiorem cum ipso similitudinem habet in vite puritate. Ex quo fit, vt quamprimum altare accedunt, flectant vtrumque genu: vt auctori mysteriorum Deo suam integre subiciant vitam; vt sic protestentur humilem, integram, & perfectam subiectionem, quam in rebus omnibus Creatori suo debent exhibere. Quæ subiectio cum præcipue consistat in profunda humilitate, & sui ipsorum contemptu vique ad terræ pulueres; & in præstanda integra obedientia omnibus, quæ Deus habet: flectere vtrūq; genu: est ostendere, quod subijciant, & humiliter dedant suū intellectū & voluntarē, suam animā & corpus; seseq; offerāt, ad seipsos & alios ab erroribus & vitijs purificandos; exornandos verò præclaris virtutibus in eo gradu, qui illis iniūgitur. Diaconi, inquit S. Dionysius, vnum tantum genu flectebant: at Sacerdotes vtrumq;, sicut & Episcopi: duplo enim maiorem perfectionem in suis ministerijs profitentur: ideoque maiorem subiectionem & obedientiam adhibere debent in prosperis, & aduersis, ac in rebus omnibus. Et hæc est vna inter alias causas cur in oratione flectamus vtrumque genu: protestamur enim humilem nostram subiectionem, quæ est præclara dispositio vt exaudiamur. Quod insinuauit Dauid cum dixit: *b subditus esto Domino, & ora eum*: tunc enim benè exauditur se humiliantis oratio.

CVM igitur Sacerdotes ex officio suo orent: ideo omnibus viribus hanc subiectionem conari debent exhibere vt ipsorum oratio vtilior sit.

TERTIO Episcopus manus imponit super caput ordinandorum, *insinuans, & protectionem Dei*, (qua, vt sanctissimi, paterno inuenitur affectu) ipsi habitum, virtutemque sacratorem largientem, aduersariasque virtutes ab eis procul abigentem. Docet item sacras omnes, consummantesq; actiones, quasi sub Deo, eos, qui sacris ordinibus mancipantur, efficere perfectos; ipsumque operationum suarum in omnibus habentes ducem, atque rectorem. Ex quo fit, vt cæremonia manus ponendi super ordinandum Sacerdotem, sit pars Sacramentum cum dicit Episcopus: *c Accipe Spiritum Sanctum, quorum remisere peccata*, & c. Ac proinde per talem impositionem manuum confertur gratia Sacramentalis, ad illud ministerium: iuxta illud Apostoli ad suum discipulum Timotheum: *d Admoneo te, vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearū*. Hæc n. gratia est, per quā Deus gubernat ac protegit Sacerdotes in officijs eorū; & illi subsidia & facultatē ab eo habet ad eius directionē in eis sequendā. Ideoque plurimum splendere debent virtute fiduciæ innitēris his pignoribus Spiritus S. dicentis se e *obumbraturum* eos manu sua *in die belli*; & in quocunq; alio præclaro facinore aggrediēdo.

Ad quam fiduciam Episcopus eos munit ac corroborat signo Sanctæ Crucis Christi: qua quodammodo eos armat; ac monet, debere ipsos gloriari de plena & perfecta mortificatione sui ipsorū, & inordinatarū omnium

*b Psal. 30. 5.*

*c. 10. a. 20. 22.*

*Optimè Be-*

*lar. tom. 2.*

*Lib. 1. de Or-*

*dine. c. 9.*

*Trid. Sess. 14.*

*c. 3. de Ex-*

*trema Vn-*

*zione &*

*Sess. 23. c. 63.*

*Ch. 4.*

*d 2. Tim. 1.*

*6 ac 4. 14.*

*e Psal. 150.*

*8. Ch. Isai.*

*49. 3.*

f Luc. 9. 23.

2<sup>a</sup>. Cor. 4.  
10.

5.

cupiditatum; & existimare, ad se peculiariter pertinere, quod noster Saluator dixit: *f si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me, vnum quodq; enim ministerium propriam habet crucem; & cum quotidie aliquod exercere debeant: idè etiam quotidie tollere debent crucem mortificationis eis annexam. Sine mortificatione enim non potest Sacrum Missæ offerri, nec horæ Canonice recitari, nec confessiones audiri, aut alia ministeria, qua par est perfectione, præstari. Et in his omnibus sequi debent & imitari Christum supremum Sacerdotem, expletes quod dixit Apostolus: *g Semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferimus, ut & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris.* Hæc pulcherrimè explicant præclarissima Sancti huius viri Dionysij verba: *signi vitæ impressio omnium simul carnalium desideriorum vacationem, vitamq; ad Dei imitationem effectam signat (nusquã obtutus auertendo) inuentem in hominis Iesu Sacratissimam vitam, ad crucem usque, ac mortem progressi, diuina semper impeccantia comite: atque ita viuentes, (vt sui similes) imagine sua impeccantia in crucem formata signantes.* Non videtur tanè posse excellior perfectio proponi, quàm in verbis prædictis ostenditur. Mortificatione enim & abnegatione sui ipsorum, qua ipsum Christum imitantur, eos ille quasi impeccabiles reddit, quantum humana imbecillitas ferre potest; & à grauioribus, imò & à multis leuioribus peccatis, præcipuè ab ijs, quæ studio admittuntur, præseruat. Hæc suprema est puritas & Sanctitas, quam Sacerdotes diligenter quærere debent; & quæ illos reddet officio suo dignos: per eam enim maximè fiunt similes ipsi Christo, cuius amore offerre se debent, si fuerit opus, ad crucis mortem subeundam: ne in aliquo ipsam offendant; aut officio suo desint. Denique finita consecratione, tam Episcopus, quàm reliqui Sacerdotes ordinationi assistentes, salutant eum osculo pacis nouum Sacerdotem. *Per quam salutationem signatur equalium spirituum Sancta Societas, mutuaq; & iucunda lætitia; & vixit Diuinam pulchritudinem per sacerdotales formas integerrimè seruans; seniores enim amant sibi similes in spiritu & professione; & ab eis ipsi amantur puro & casto amore, mutuaque & iucunda lætitia, orta ex Diuina pulchritudine elucente in ministerijs Ordinũ Sacrorũ. In quibus, quamuis diuersi sint gradus superiorũ & inferiorũ: Spiritus tamen amoris, interius eos efficit quasi pares, ob interiorè illã pulchritudinẽ & virtutum omnium concursum. Ex quo prouenit, vt tota Ecclesiastica Hierarchia eo ordine & vnione progrediatur, quã supra retulimus. Sed aduertit Sanctus Dionysius, quod Episcopus ante consecrationem Sacerdotis promulget coram omnibus astantibus nomen ordinandi & consecrandi; quasi Diuinam electionem & vocationem declarans, qua ille ad ordinem suscipiendum accedit; & inspirationem Diuinam, à qua ipse impellitur ad eundem or-**

dinem

dinem ei conferendum: sine qua neuter debet hoc opus aggredi. Nam Di-  
tina vocatio præcipuum est eius fundamentum, quasi fons virtutum, &  
auxiliorum, quibus illa perficitur; vt proximo capite dicetur.

## CAPVT VI.

VOCATIONE AD STATVM SACERDOTALEM, NON IN-  
digni vocantur, sed digni; & horum vocationis modus.



M aded sint excelsa Sacerdotalis Status ministeria; adeo-  
que magnus virtutum cumulus ad ea exercenda necessarius:  
satis liquet, neminem audere debere illum suscipere solo suo  
arbitratu; sed vocatione & electione Dei, ad quem pertinet  
eligere; & vocare Ministros, quorum opera fit in sua domo  
vlurus. Et quamuis interdum per seipsum, & non per alios homines, illos  
vocet ac eligat; vt plurimum tamen vocatio incipit ab inspiratione & in-  
terna Dei motione: electio verò concluditur per alios homines, quos ipse  
in sua Ecclesia ad id constitutos habet. Eum in modum, quo in lege anti-  
qua vnã tantum elegit Tribum in Israël, in qua esset Status Sacerdota-  
lis: voluit tamen eam electionem declarari & executioni mandari per  
Moysen, dicens ei: *a applica tribum Leui, & fac stare in conspectu Aaron Sa-*  
*cerdotũ, vt ministrant ei, & excubent, & obseruent quicquid ad cultum pertinet*  
*multiudini; & seruiant in ministerio eius. Aaron autem & filios eius constitues*  
*super cultum Sacerdotii. Externus, qui ad ministrandum accesserit, morietur.*  
Huic igitur in modum vocatio & electio Dei, quæ per internos impul-  
sus & occultas inspirationes fit, manifestatur, vt ait S. Dionysius, per Epi-  
scopos & Ecclesiæ prælatos: concurrente interdum nominatione & præ-  
sentatione populi; vt supra dictum est, de seipsum Diaconis, quos multitu-  
do fidelium Apostolis proposuit, vt eos ordinarent & consecrarent; vt sic  
manifestius constaret de bonis moribus eorum qui essent ordinandi, tan-  
quam iudicijs ac testimonijs, quod eos Deus ad id muneris eligebat. Qui-  
curque autem huiusmodi gradus ac dignitates absque hac vocatione v-  
surpauerit; nec viam, quam Sancta Ecclesia tradit, tenuerit; morietur in  
anima morte culpæ grauissimæ. Usurpat enim id, quo non dignus: quia  
caret perfectione ac doctrina, quam dignitas illa exigit; nec talentum il-  
lud & vires habet, ad ferendum onus, quod sic acciperet: quia in grauissi-  
ma illa damna incideret, quæ posita fuerunt in secundo tomo. Prædictum  
hanc veritatem confirmavit Apostolus dicens: *Omnia Pontifex ex ho-*  
*minibus assumptus pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum: vt*

*a Num. 30*

*c. 5 de  
Eccles.  
Hierarch.*

*Tract. 1. c. 5.*

*b. Heb. 5. 1.*

c Psal. 2. 7.  
d Psal. 109.  
4\*

offerat dona, & sacrificia pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem: hunc  
sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron. Sic & Christus non semetipsum clarificauit  
vt Pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum: c filius meus es tu, ego hodie genui te.  
Quæ admodum & in alio loco dicit: d tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.  
In quibus verbis Apostolus formam præscribit subeundi statum Sacerdotij, & Episcopatus: proponens duplex summum Sacerdotium tanquam  
exemplar inspiciendum & imitandum: alterum legis antiquæ, quod fuit  
Aaron; alterum Nouæ, quod fuit Christi D. N. qui non arbitrari suo  
hanc dignitatem sibi usurparunt; sed per vocationem & voluntatem Dei,  
qui elegit eos, & ad eam destinauit, vt nullus fidelium temerè audeat statum  
adeo Sanctum & honorificum sibi assumere: nisi Deus ipsum vocet,  
eligatque ad eum suscipiendum.

§. I. Deus non vocat indignos.

1. Mat. 7. 6.

2. Reg. 13.  
15.

**F**ACIAMVS initium ab ijs, qui non vocati à Deo, Statum hunc sibi sumunt: & esse solent triplicis generis: Qui scilicet aut propter improbam suam vitam digni non sunt; aut propter terrenum aliquem ambitionis & cupiditatis finem eum aggrediantur; aut per media iniqua & contra Dei eiusque Ecclesiæ prohibitionem. Vt plurimum autem omnes hi tres defectus simul conueniunt. In primis enim Deus Dominus noster nunquam ad hanc dignitatem vocat manifestè ea indignos; nec eis inspirat, vt eam sibi procurent, aut acceptent; sed potius, vt se subtrahant, & refugiant. Si enim prohibet Ministris Ecclesiæ suæ huiusmodi adeo sacras dignitates indignis conferre: quomodo ipse illis inspirabit, aut eos vocabit ad eas sibi procurandas? si dicit eis: a nolite dare Sanctum canibus; neque mittatis margaritas vestras ante porcos: quomodo ipse homines ad instar canum furentes, aut instar porcorum impios & sordidos impellet, vt dignitatem adeo Sanctam & margaritam adeo preciosam sibi procurerent? Nonne bene ipse Dominus noster peccatores vocare, vt tales esse desinant, & iusti fiant; eos verò, qui spontè & libenter in peccatis suis permanere volunt, non vocat aut eligit ad statum Sacerdotum; qui homines exigit puros, & aptos, qui sint medici peccatorum. Per contemptum narrat scriptura Diuina de improbo Rege Ieroboam: quod b fecerit de nouissimis populi Sacerdotes excelsum: quicumque volebat, implebat manum suam, & fiebat Sacerdos excelsum. Cum enim optimos eligere debuisset, elegit pessimos: eò quod deprauato suo palato illi magis aridebant: & cum accedendum fuit ad Sacerdotium ex aliorum electione: quicumque volebat, aperiebat manum suam, vt oleo ungeretur: & sic habebatur Sacerdos Neque hoc adeo erat mirum: nam quales Dii erant, quibus illi sacrificabant; tales erant & Sacerdotes. & quemadmodum Dii erant falsi, ita eorum Sacer-

dotium falsum erat, & ementitum. Sacerdotes autem veri Dei non sunt eligendi de nouissimis & pessimis populi; sed ex optimis: non spontè & voluntate sua, sed electione Dei, eiusque Ecclesiæ Sacerdotium obire debent. Et quoniam in antiqua lege, vt dictum est, hæreditate accipiebatur officium Sacerdotis, in Tribu Leui & familia Aaron: &, vt plurimum aliqui defectus & Notæ in aliquibus eius familiæ futuri erant, voluit ipsemet Deus id in lege sua exprimi: vt tales à Statu Sacerdotali excluderentur, dicens: *c Omnis qui habuerit maculam de semine Aaron Sacerdotis, non accedet offerre hostias Domino; nec accedet ad ministerium eius, si cæcus fuerit, si claudus, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus; aut si iugem scabiem, & cetera habuerit.* Et bis alias repetit: *ne descendens ex Aaron, si maculam habeat, accedat ad altare: ne Sanctuarium maculet.* In qua lege (vt aduertit Sanct. Gregorius) voluit Spiritus Diuinus nobis significare: in Lege Gratia, in qua Sacerdotes non per genus & familiam succedunt: non debere eligi ad hoc ministerium, cum defectus aliquos in anima habent, qui significantur per defectus corporis, ibi notatos; ac proinde non censebuntur vocati à Deo, qui illis maculis erunt defædari. Non vocat ad Sacerdotium *cæcos, nec lippos, nec albuginem in oculis habentes*, hoc est ignorantes, & imprudentes; non habentes scientiam rerum Dei, quàm eorum officium exigit; nec prudentiam & iudicium necessarium, ad ea præstanda, ad quæ Status ille obligat. Nubis enim amoris proprij, & inordinatarum passionum Catharactæ auferunt illi, aut turbant rationis iudicium, & animæ aspectum. Nec vocat *claudos, aut si fracto pede vel manu*, hoc est qui non rectâ incedunt per viam diuinorum mandatorum; nec animi robur habent, ad ea exequenda, & se in bonis operibus exercendos. Nec vocat *curuos & propensionem habentes ad res terrenas*; quia ipsa dignitas illos obligat ad semper aspicienda cælestia.

Ex His sequitur: non vocari à Deo eos, qui Sacerdotium quærunt præcipuè propter ambitionem honoris, aut rerum fortunæ cupiditatem. Spiritus enim Dei neminem propter fines ad eò terrenos impellit, cum iniuria dignitatis Sacerdotalis: quæ ad fines tendit cælestes. Qui verò eam quærunt propter fines illos, faciunt eam quasi mancipium seruire duobus vitijs totius mundi pessimis, quæ innumera alia consequuntur. Et vt plurimum pessima adhibent media, vt votorum suorum compotes fiant: conculcantes Ecclesiæ leges, vt frui possint honore, & bonis fortunæ, quæ inde spectant. Cum igitur illi *non intrent per ostium*, signum est, *fures eos esse, & latrones*, vturpantes dignitatem, qua indigni sunt; neque eis aperire Deum, sed Dæmonem, regentem titulo dignitatis sacrae ambitionem & auaritiam in eis prædominantes. Et, vt S. Petrus Simoni Mago dixit, *e pecunia tua tecum sit in perditionem* & c. ita ait. S. Chrysosto-

c. Leuit. 21  
17.

in Pastor.  
lib. 2. c. 2.  
& c. & lib  
i. Regist. c. 24.  
S. Hieron.  
Epist. ad  
Fabiol.

d. Ioan. 10. 1

Acto 8. 20.

Homil. in  
Act. Apost.

f Num. 16.  
31. 35.

g sup. vers.  
35.

h sup. vers.

i 2. Paral.  
26. 19.

De Cōvers.  
ad Clericos.  
ca. 29.

k Ezechiel.  
8. 8.

mus, possumus huiusmodi hominibus dicere: ambitio tua tecum sit in perditionem: quoniam putasti ambitu humano parari domum Dei. Et quamuis aliquando Deus dissimulet; interdum tamen seuerissimam accipit vindictam, ad caute' am reliquorum, qui timebunt exitus ad eò miseris, & punitiones ad eò horrendas. Quis enim non tremat attendens tremendum f *Dathan & Abyron supplicium*, quos *dirupta terra sub pedibus eorum*, & *aperiens os suum, deuorauit illos cum tabernaculis suis* & *uniuersa substantia eorum: descenderuntque vini in infernum*; idque propterea illis euenit, quòd ambitiosè Sacerdotium habere voluerint; quo nec digni erant, nec aliquo iure illis debebatur: cum non essent de Tribu Leui; & quis non contremiscat animaduertens: *g ignem egressum à Domino interfecisse ducentos quinquaginta viros, qui offerebant incensum*; eò quòd ambitiosè quæsiuissent Sacerdotium, quod Deus soli familiæ Aaron assignauerat: *h Mane inquit, notum faciet Dominus, qui ad se pertineant, & Sanctos applicat sibi: & quos elegerit appropinquabunt ei*. Quomodo autem id notum faciet? Primum pœna illa ignis ad terrorem rebellium, & arrogantium; & postea prodigio virgæ florentis, ad cautelam, & documentum humilium & subiectorum. Infeliciter cessit Ozia Regi, quod voluisset vsurpare dignitatem Sacerdotalem, quæ ad ipsum non pertinebat; eò quòd non esset de tribu Leui: cum enim *i manus teneret thuribulum, ut adoleret incensum: orta est lepra in fronte eius; ac propterea expulsus est è templo, & priuatus regno*, eò quòd voluisset Regiæ dignitati adiungere Sacerdotium. Quòd si lepra ambitionis, & auaritiæ animam occupantis eorum, qui appetunt Sacerdotium, etiam prodiret in faciem: multi Ozia essent in mundo ad terrorem futurorum. Quemadmodum S. Bernardus lamentabatur, referens, quæ suo tempore gerebantur. Curritur, inquit, passim ad Sacros Ordines, & reuerenda ipsis quoque Spiritibus Angelicis ministeria homines apprehendunt sine reuerentia, sine consideratione; neque enim signum regni occupare celestis, aut illius timent imperij gestare coronam: in quibus auaritia regnat, ambitio imperat, dominatur superbia, sedet iniquitas, luxuria etiam principatur. Et si iuxta Ezechielis prophetiam *k templi parietes fodiamus, pessima fortè apparet intra parietes abominatio, ut in domo Dei videamus horrendum*. Et inferius: ingrediuntur cum hac macula tabernaculum Dei uiuentis, & cum eadem in eo habitant, templum sanctum Domini polluentes: iudicium multiplex accepturi: quòd tam grauissimas conscientias gerentes, nihilominus sese ingerunt in Sanctuarium Dei. Utinam magis currim inchoaturi, sedentes computarent; ne fortè sumptus nò habeant ad perficiendum. Utinam, qui continere non valent; perfectionem temerariè profiteri, aut cœlibatui dare nomina vererentur. Sumptuosa siquidem turris est; & verbum grande, quod non omnes capere possunt. Esset

aurem

autem sine dubio melius nubere, quam vri: & saluari in humili gradu fidelis populi; quam in Cleri sublimitate, & detorius viuere, & districtius iudicari. Hæc S. Bernardus. Et ipsa experientia nos docet: eos, qui Sacerdotium adeunt, non vt Deo magis inserviant, sed præcipue ob fines & respectus temporales & humanos; vitam ducere indignam Sacerdotali dignitate, quam vitijs & peccatis defædant, & inficiunt: vt postea videbimus.

DENIQUE cum Dei voluntas sit, ne Ecclesiæ Prælati temerè ac præcipitè Sacerdotium alicui conferant, non præmisso sufficienti eius aptitudinis examine; ac propterea dixerit Apostolus Timotheo discipulo suo: *Manus tuo nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis, si Sacros Ordines indignis contuleris: certum itaque est, Deum non vocare huiusmodi homines: non enim excludendus esset vocatus à Deo.*

§. II. *Varij modi, quibus Deus ad Sacerdotium vocat.*

**E**X HIS, quæ diximus, licet incipere deducere, quinam à Deo vocentur ad Sacerdotium; & quando desideria hunc Statum adeundi, sint & proueniant ab inspiratione & boni spiritus motione: quamuis re ipsa non sit valdè facilè certè aliquid statuere. De multis enim Sanctis nouimus, quod à Deo permoti non solum Sacerdotiam non desiderarint; sed illud adire timuerint, ac refugerint: considerantes huius dignitatis celsitudinem, & quantam illa exigit puritatem; propriam item vilitatem & imbecillitatem. Si enim res attentius inspiciatur, Status Sacerdotij valdè est affinis cum statu Prælatorum; non enim est Status tendentium ad perfectiorem, qualis est Monachorum; sed iam perfectorum; qualis est Episcoporum: quamuis non tantam exigit, atque illorum. Ac propterea S. Dionysius dixit: Religiosos debere contendere, vt tam Sancti ac perfecti sint, atq; sunt Sacerdotes; & S. Hieronymus ad Rusticum scribens, dixit: ita viue in monasterio, vt sis dignus, qui Clericus ordineris; & S. Thomas idè confirmat, dicens: quamuis Status Religiosus nomine status sit perfectior, quam simplicis Sacerdotis: Sacerdotem tamè maiorem habere dignitatem: sed quod destinetur ad excellentissima Altaris ministeria: ac proinde maiore requirere sanctitatè internam, quam Status Religionis. Quamobrè multi Monachi & Religiosi valdè eminenter Sancti, vt SS. Antonius, Hilarion, Franciscus & similes alij, non sunt ausi Statum Sacerdotij adire; & Dñs Deus noster etiã miraculis approbavit spiritum illū humilitatis ac reuerentiæ qui ad id illos impellebat. Sicut euenit S. Francisco: cui Angelus ostendit crystallinam lagenā clarissimo quodā liquore plenā, dicens: Sacerdotis animā ad eū clarā, ac purā esse debere, atq; liquor illius lagenæ. Sed quoniam Spiritus Dei in multis Sanctis est diuersus, ob fines etiã diuersos, iuxta æternæ sapientiæ decreta & cōsilia; nõ negamus ipsū Deū præmissis huiusmodi omnib. timorib. inspirare interdū & impellere ad hūc statū adeundū; aperiēdo

suam

*Trid. Sess. 23  
c. 23. & 8. ha  
berur c.  
Quando.  
J. 14.  
l. 1.  
Tim. 5. 22.*

*De Eccles.  
Hier. c. 6.  
Epist. de for  
ma viuēdi.  
c. 2. g. 184.  
Art. 4.*

2.



Tomo. 2.  
tract. 1. c. 5.

Lib. 12. in  
Matth. vide  
Platum lib.  
1. ca. 37.

suam circa id voluntatem varijs vijs; aliquando per expressam reuelationem; aliquando prodigioso aliquo indicio; & aliquando mandato, aut consilio Prælatorum, & Patrum spiritualium: qui Dei nomine nos gubernant, vt fultè dictum est aliàs. Quando autem tertia hæc via cum alijs duabus coniungitur, est multò tutior. Ideoque aliquando Deus illas coniungit; licet etiam diuidat aliquando. Licet hoc multis exemplis, quibus historia Sanctorum refertæ sunt, confirmare; sed vnum tantum referam, quod Rupertus Abbas de seipso narrat. Cùm enim eius Prælatus ipsum viderent, vt ordines susciperet; sed ipse, quòd se indignum iudicaret, valde resisteret; existenti in ea contentione manifestauit Deus voluntatem suam admiranda quadam visione. Videbatur enim sibi videre altare quoddam, in quo imago erat Saluatoris Crucifixi, & viuentis, & habentis oculos in ipsum quodammodo infixos: cuius aspectu ipse amore incensus, ardenti animo cupiebat accedere, & amplecti: sed non poterat ob altaris magnitudinem, & altitudinem: sentiebat tamen in se internum quendam impulsum ipsius Christi inuitantis ipsum, vt accederet: ideoque apud se constituit accedere. Et in momento altare fuit in duas partes diuisum, partemque ipsi liber accessus: & confidenter Saluatorem ipsum amplectebatur, ex oculabatur: ipseque idem Dominus Diuinum suum os magis magisque aperiebat, vt Rupertus vltèrius ad interiora posset amplius penetrare: ex quo ipse magis magisque amore Dei accendebatur; sentiebatque inspirari sibi desideria Sacerdotij, quod antea refugiebat. Qua visione finita, eam Abbati suo retulit, & mox ordines suscepit. Ex quo viam & rationem agnoscere licet, qua Dominus noster in huiusmodi vocationibus vt solet. Prius enim desideria inspirat refugiendi excelsum ad eò Statum, antequam Prælatus id iubeant, at postquam illi iubent, inspirat etiam desideria illum suscipiendi: coniungendo hoc modo præclaras illas duas virtutes, humilitatem, & obedientiam: vt vtræque sint certum indicium & pignus Diuinæ voluntatis; & insignis dispositio ad gloriosum Statum, quem desiderant & admittunt. Et qui hac ratione ad Statum illum accedunt, experientur in animabus suis, quod ipsemet Rupertus sentit in alia visione, qua fuit adhuc amplius confirmatus in ea cogitatione, quòd Deus ipsum ad Sacerdotium vocasset. Iacens enim in lecto videbatur sibi videre virum quendam è cælo descendentem, tecto vultu, quasi nollet agnosci; & tamen se ipsum cum Ruperto mensurauit, caput capiti, corpus corpori, pedesque pedibus coniungendo, & cooplando, & ad ipsa animæ interiora penetrando, seseque intimè ei imprimendo, sicut solet sigillum molli ceræ imprimi. Ex qua visione incredibilis ad eò lætitia & suauitas secuta est; vt, nisi Deus mox eam fuisset moderatus, vis & impetus celestis illius voluptatis animam è corpore eduxisset. Erat visio illa vi-

ua que-

ua quædam Sanctissimi altaris Sacramenti repræsentatio: in quo Christus Dominus noster panis & vini accidentibus tectus, ita vt non nisi fide agnosci possit, infunditur in animam; eamque in seipsum transformat, repletque ineffabilibus gaudijs; quorum sunt participes, qui à Deo vocati tanquam Aaron, ad Sacrificium hoc Diuinum offerendum cum debita accedunt reuerentia, & hic præcipuus esse debet finis & motuum eorum, qui Sacerdotium desiderant, tanquam signum, quod ipsorum desideria à bono Spiritu proueniant: cum non in finem aliquem temporalem & terrenum, sed cœlestem ac Diuinum tendant: hoc est in perfectam vnionem & transformationem in Christum Dominum nostrum, per sacram ipsam Communionem ad eod frequentatam, sicut Sacerdotibus conceditur. Nam quemadmodum solet Dominus noster fidelibus pijs inspirare desideria frequenter communicandi, vt eò amplius Diuini huius Sacramenti fructibus frui possint; ita potest Sacerdotij desideria inspirare; vt qui illud suscipit, possit cum maiori abundantia & frequentia fructus Sacramenti & Sacrificij percipere. Sicut S. Satorus frater S. Ambrosij, cum refugeret Sacerdotalem statum adire; quòd ipse Ambrosius ei suadebat: decreuit tandem illum suscipere propter quoddam miraculum, quod expertus est, dum in mari nauigaret, rupta ipsa nauis. Cum enim se in periculo videret submersiõis, accepit in manum sanctissimum Sacramentum, quod secum in quadam capsula (quo d tunc temporis permittebatur) gestabat: & sub tali protectore & gubernatore super aquas ambulans, sanus peruenit ad portum. Qui euentus in causa fuit, ipsumque impulit, ad Sacros Ordines suscipiendos. Si enim (ait S. Ambrosius) tantum subsidium tenuit ex sanctissimo Sacramento, velo quodam tecto: quòd maius expertus fuisset, ore illud accipiendõ, & ad sua viscera traiciendõ? *Quam maius, inquit, peribat, fufum in viscera: quod tantum sibi tectum arario profuisset:*

S. Ambrosij  
in Oratiõne  
funeb. S.  
Satorij.

CVM autem Sacerdotium non in solius ad illud promoti utilitatem; sed ad vniuersalis Ecclesiæ, & proximorum commodum dirigatur: fit, vt & hoc aliorum subsidium possit esse finis talem statum suscipientis; Deo huiusmodi desideria immittente ei, qui aptum est instrumentum ad animas iuuandas, vt id faciat celebratione Missæ, Confessionibus audiendis, & habendis Concionibus; vt obseruatum fuit in S. Chrysostomo, qui valde restitit studentibus ipsum ad Sacerdotium promouere: eò quòd excelso ad eò statu indignum se iudicaret: quod ipse ostendit in sex libris, quos de Sacerdotio scripsit. Postea tamen necessitate compulsus acquieuit, vt Concionibus suis proximos adiuuaret; & quia inspirationibus, & reuelationibus ad id fuit permotus.

SED quoniam non sunt expectandæ reuelationes, aut ir d'cia prodigiosa, ad hunc statum eligendum: operæ pretium est ordinariam viam osten-

3,

a Luc. 14. 25

dere ad agnoscendam Dei vocationem, ac Diuinam eius voluntatem circa electionem faciendam: præmissis tamen documentis generalibus in tractatu primo secundi Tomi positis. *Primum* enim, vt S. Bernardus inueniat, amplectendum est Christi Domini nostri consilium, vt a *sedentes bene computemus sumptus, qui necessarij sunt ad turrim perfectionis adificandam*, quæ ipsi Sacerdotio est annexa: in quo exactè seruandum est castitatis votum, & vitæ puritas: quam excelsum ad eodè Ministerium exigit: & certò constituendum, quòd nullum temporale honoris, aut facultatum, siue reddituum Ecclesiasticorum motiuum sufficere debeat ad Sacerdotium amplectendum: quando reuera nobis desunt talenta virtutis, ac scientiæ, & conditiones reliquæ, quas Ecclesia Sancta præscribit. Præstat enim ex statu sæculari ad cælum ascendere; quàm ex Sacerdotali descendere ad infernum. Nam Sacerdotalis dignitas, quæ ea dignos promouet ad maxima gratiæ & gloriæ dona: indignis est occasio, vt in magnas miserijs culpæ ac pænæ præcipitentur. Et character Ordinis, qui in cælo est, quasi corona quædam, gaudium illud cœleste augens: erit in inferno maiorum cruciatuum causa, sicut est in Iuda, quem fuisse Sacerdotem creatum & cū reliquis Apostolis communicasse constat. Quare præstat ex humilitate, ædificium huius turris non aggredi, quàm committere vt Dæmones *illudant ei, qui non habens sumptus ad perficiendum, iecit tamen fundamenta*. Sed quoniam in hac computatione & consideratione sumptuum non est tutum proprio iudicio fidere: sæpè enim qui sunt indigni decipiuntur, Superbia, ambitione, & cupiditate, vt se dignos iudicent: & contrà, qui reuera sunt digni, ex humilitate & pusillanimitate, indignos se iudicant. Tutissimum est iudicium proprium, aliorum iudicio subijcere: siue superiorum ordinationi acquiescendo, quòd facere possunt ac meritò debent Religiosi, siue consulendo Confessarios, & Patres spirituales, aut viros tales, qui non ducantur inordinato aliquo affectu; & ex neutra parte emolumentum aliquod querant; sed viri sint scientiæ & conscientiæ; horum inquam iudicium tutò sequi licet, vt intelligant, vocari se à Deo ad Sacerdotium, sicut Aaron: Ad cuius electionem concurrerunt Deus & Moyses manifestante Deo, quòd ipse per Moysen Prophetam suum, electionem illam fecisset. Nam per os eius consilium suum aperuit, quòd supra posuimus: vt b *virga Aaron, & duodecim alia ponerentur in tabernaculo sacerdotis, floribus & folijs spoliata: vt is ex Dei voluntate Sacerdos haberetur, cuius virga ibi floreret*. Vt ita significaretur, eos, qui cupiunt rectam huius status electionem facere, debere se in Dei conspectu, & coram eius ministris constituere, quasi aridas virgas floribus & folijs spoliatas, hoc est exuentes sese omni terreno ac temporali sine, qui facillè ad se contrahit, & intentionem flectit; & quantum in ipsis est, exhibentes se

b Num. 17.  
2. 8.

ad ac-

ad acceptandum aut reiiciendum hunc statum indifferentes, nec aliud quidquam nisi Dei voluntatem eiusque maiorem gloriam querentes; & apud se statuentes, æquè futuros contentos vna atque altera parte: prout intelligent Deo magis placere. Qui, quòd nostræ utilitati semper prospiciat, solet providentia sua paterna, quos videt ita indifferentes, inspirare quod magis expedit eis. Quos, si vult ad Sacerdotium vocare, efficit, vt arida virga floreat, & cor incipiat sancta & pura huius Status desideria producere, ob cælestes ac Divinos fines; & cum floribus desideriorum prodeunt folia & fructus verborum & operum sanctorum; qualia Sacerdotalis dignitas exigit in quibus apparet, Deum esse qui vocaverit, & ad eam elegerit. Quod si nollic eos admittere: deserit tanquam aridam virgam, absque his desiderijs, & propensione ad eum statum; & potius permittit illis timorem & formidinem quandam, qua se indignos & ineptos iudicent ad excelsum adeò dignitatem; & ipsis Prælati inspirat, vt eos reiiciant, & in inferiori statu relinquunt, in quo prius erant. Et tunc etiam si Subdiaconi sint, aut Diaconi: animo sint quieto & tràquillo: & sacra hanc dignitatem, quam vt sponsam habere non merentur; tanquam Dominam venerentur, & excipiant. Si enim temerè ascendere velint ad gradum altiorem, ad quem, quòd non sunt digni, vocati non sunt; dicit illis Dominus, quod olim ambrosius Leuitis: *c. Multum erigimini filii Leui: num parum vobis est, quòd separavit vos Deus Israel ab omni populo, & iunxit sibi, vt seruiretis ei in cultu tabernaculi? aut idcirco ad se fecit accedere, vt vobis etiam Sacerdotium vindicaretis?* Peruadeant itaque sibi, qui huiusmodi sunt, satis sibi esse, quòd seruiant in ordine Diaconatus; nec tantum sibi esse assumendum, vt velint ad Sacerdotium ascendere: sed cum humilitate & animi gratitudine gradum illum amplectantur, in quo Deus illos collocavit: is enim utilis est ipsis futurus; altior verò fortè noxius.

c. Num. 16. 8

Ex His efficitur, etiam esse necessariam Dei vocationem, ad eligendum, & vt oportet, acceptandum Sacrum Diaconatus & subdiaconatus Ordinem. Tum, quòd status continentia ei sit annexus: ad quem hanc vocationem esse necessariam suo loco diximus: tum ob dignitatem eius ministeriorum, & puritatem ac sanctitatem ad ea præstanda necessariam.

Tomo 3.  
tract. 2. 6. 6.

Quæ cum sit donum Dei, & per Ordinis Sacramentum communitur, motionem requirit eiusdem Domini, ad eum dignè suscipiendum: vt ex dictis capite  
3. constat,

## CAPVT. VII.

TENERI SACERDOTES AD INSTITVENDAM SANCTE  
vitam suam statu suo dignam.

I

2. Nū. 18. 7

In Sopho. 3.

2

Serm. 22. 6.

16. ad Fra.

11. in Ere.

mo.

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

&gt;&gt;

ORVM QUI SANCTVM SACERDOTII STATV M ADIERVNT ex vocatione & electione Dei, modo haectenus explicato: prima ac praecipua cura esse debet, ducere vitam quandam Sanctam, ac perfectam, dignam celsitudine sui Status: eumque honorare, non tam pretiosis vestibus, & famulorum stipatione: quam indumentis virtutum, & bonorum operum comitatu: quibus se reddant venerandos, & suspiciendos omnibus fidelibus: non solum ob status dignitatem, sed praecipue ob suae vitae meritum. Eo spectat praecipuum illud, quod Deus antiquis Sacerdotibus imposuit, cum dixit ipsi Aaron: *a tu & filii tui custodite Sacerdotium vestrum, & omnia quae ad cultum altaris pertinent, & intra velum sunt.* Quasi illis dixerit: ad vos spectat custodire & conseruare status & officij vestri auctoritatem, exhibendo illud cum magna puritate & reuerentia: nihil admittentes, quo illud maculetis, aut ignominia aliqua afficiatis: eumque in modum personam vestram, utpote Deo consecratam, custodire debetis: quo ipsum altare & arcam testamenti in Sanctuario existentem custoditis. Et quemadmodum operam datis, ut sacrae res ita mundae ac reuerenter seruentur, sicut decet earum celsitudinem & praestantiam: ita curare debetis, ut officium vestrum cum ea, qua par est, mundicie in vobis seruetur. Nam (ut S. Hieronymus ait) non dignitas, sed opus dignitatis, Sacerdotes saluare, honoremque & opinionem eis adferre consuevit: ac proinde, qua solitudine dignitatem sibi procurarunt: conari debent Sanctitatem ipsam conseruare. Si anima iusti (ait S. Augustinus) sedes est Dei, multo magis vos Sacerdotes esse debetis sedes & thronus eius, mundus & sine macula. Si sepulchrum, vbi corpus eius mortuum positum fuit, debuit esse gloriosum, ac nouum, in quo nullum aliud prius positum fuisset: magis gloriosa & renouata esse debent corpora vestra, & animae vestrae: in quibus eiusdem Domini corpus viuum & glorificatum esse debet. Si beatus fuit ienter, qui per nouem menses illum portauit: aequum est, ut corda vestra beata sint, quae filius Dei elegit in suam quotidianam habitationem. Et si beata sunt vbera, quae infans suxit: etiam os debet esse beatum, quod comedit eius carnem, eiusque sanguinem fugit, tanquam lac. Crucifigite itaque carnes vestras timore Dei, nec lingua, quae filium eius vnigenitum vocat, & de caelo deducit: malum aliquod verbum contra ipsum proferat, nec manus tangentes sanguinem Christi, alicuius peccati sanguine maculentur.

lentur

lentur. Vos inquit estis Sal terræ, lux mundi, lucerna ardens, Ciuitas supra montem posita, columnæ templi, lignum scientiæ in medio paradisi collocatum. Vos estis terræ Domini, cœli conciues cum Angelis, filij Prophetarum, Apostolorum successores. Mundate animas vestras, vt sitis digni b ferre cum Patribus vestris *vasa Domini*. Vos etiam estis quasi c *ferculum veri Salomonis*: quotidie enim in vestra ingreditur pectora; eumque hinc inde fertis in vestris manibus. Exornate igitur illud ferculum, vt deceat Dominũ, qui in eo fertur, amplitudinem & maiestatem. Facite ergo illi *ascensum purpureum*, mortificantes strenuè omnes vestras passiones, & inordinatos affectus; & patienter ferentes omnia aduersa; expolite illi *columnas argenteas*, elucentes in omnigenere virtutum, & operibus valde puris & exemplaribus; facite illi *reclinatorium aureum* per exercitia orationis & contemplationis: vt cum ipsius spiritu vester vniatur; exornate partem mediã *charitate*, implentes corda vestra affectibus amoris Dei & proximi; vt bono sitis exemplo *siliabus Ierusalem*, animabus scilicet Ecclesiæ, quæ aspiciunt & attendunt ad vitam vestram: cuius exemplum ipsa accipiant. Sic enim dignitatem vestram honorabitis, & Rex cœlestis libenter vos pro suo ferculo habebit.

## §. I.

PRÆDICTA licet ampliùs explicare per ea, quæ dicta sunt Sacerdotibus Antiquæ legis: a *Sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen eius: incensum enim Domini & panes Dei sui offerunt, & idè Sancti erunt.* Quod si talia dicebantur Sacerdotibus antiquæ Legis, qui ex officio modicum offerrebant incensi corporalis, & corruptibiles Propositionis panes, quos octauo quoque die recentes apponere necesse erat: quanto potiori iure idem Sacerdotibus legis Euangelicæ dicetur, quorum munus est offerre Deo totius Ecclesiæ orationes, & simul Supremi sui Sacerdotis ac Mediatoris Christi Iesu orationes; panemque viuum pretiosissimi eius corporis, immortalis gloriosi, & impatibilis. Antiquis dicebatur: *Sint Sancti: quia ego Sanctus sum, Dominus qui sanctifico eos.* quod fuit dicere: sint Sancti: quia Dominus, cui ministrant, Sanctus est: & ministros vult habere Sanctos: idè enim eos elegit, vt Sancti essent, eumque obsequio consecrati. Quid igitur dicet nostris Sacerdotibus, quos Sanctus Sanctorum elegit, & Spiritus Sancti oleo vnxit, vt Sanctum Sacrificiũ in Spiritu puritatis & Sanctitatis ipsi offerret? Euangelici Sacerdotes propriissimè sunt domus Dei, viuumque templum, in quo ipse habitat. b *Domum autem Dei*, dicit David, *debet sanctificando.* Quamuis enim laici, dum communicant, domus & templum sint Christi: non tamen ita ex instituto, atque sunt Sacerdotes, in quibus quotidie hospitatur. Quemadmodum enim Reges domum suam Regiam & aulam, in qua semper habitant, splendidissimè exorna-

“  
“  
“  
b *Isaia. 52.*  
11.  
c *Cant. 3, 9.*  
3.

Tomo. 1.  
Tract. 4. 5.

a *Leui. 21 6*  
4  
Trident.  
Sess. 14.  
decret. de  
Refer. in  
Proemio.

supra vers. 8

b *Psal. 92 5*

5

tam habent; quando autem aliò proficiuntur, præmittunt ornatum ali-  
 quem ad hospiciam, per quod sunt transitori; non tamen adeò splendi-  
 dum, atque in sua aula habent: ita Christus Dominus noster cupit, Sacer-  
 dotes, in quibus quotidie habitat, esse sibi domum & aulam Regiam, splen-  
 didè exornatam cum omni genere virtutum, & quidem in excellenti gra-  
 du. Et quamvis non præmittat exornare Sæculares, frequenter ipsum  
 excipientes; si tamen quid eorum Status postulet, inspiciatur: non ita  
 præclare atque Sacerdotes exornantur, quos iubet esse sanctos, idque bis  
 repetit: vt intelligant, debere esse præclaros & eminentes in gradibus  
 Sanctitatis, quæ complectitur puritatem à culpis, & exercitia virtutum;  
 c. 1. Cor. 7. 14. *Sanctos item, vt Apostolus de virginibus dixit, corpore & spiritu, ex-*  
 ornatos corporalibus virtutibus, quæ hominem externum compo-  
 nunt: quales sunt temperantia, modestia, castitas, & similes; & spi-  
 ritualibus, quæ interiorem hominem exornant: quales sunt, Caritas,  
 Oratio, contemplatio, & aliæ similes. Debent etiam esse, vt ait Sanct.  
 6 *Gregorius, sicut arca Testamenti, d super quam erat Propitiatorium au-*  
 d Exod. 25. *reum; eratque ex lignis Setim incorruptibilibus, & inaurata auro mundis-*  
 20. 17. *simo intus & foris. e In qua continebatur urna aurea habens manna; & vir-*  
 e Heb. 9. 4. *ga Aaron, quæ fronderat; & tabula Testamenti: ita Sacerdos, in quo verum*  
 habitat Propitiatorium, qui est Christus Dominus, per quem omnes con-  
 sequimur remissionem peccatorum, habere debet vitam incorruptam,  
 interiùs & exteriùs exornatam virtutibus valdè heroicis, plus quam au-  
 rum splendidibus coram Deo & hominibus, cum magna ad ipsum red-  
 emptorem similitudine, quamvis cum hoc discrimine: quod quemad-  
 modum Propitiatorium erat totum aureum; arca verò ex lignis inauratis,  
 siue laminis aureis cooperta: ita Christus Dominus noster totus erat au-  
 reus, tanquam naturalis Dei filius; eiusque sanctitas infinitæ excellentiæ  
 absque vllò limite: eius tamen minister tantum est Sanctus propter par-  
 ticipationem charitatis; quam ab eo accipit, ad similitudinem sanctitatis  
 eius: intra se autem habere debet virgam Aaron, potestatem scilicet or-  
 dinis & iurisdictionis ad consecranda & offerenda sua sacrificia, & absol-  
 uendum à peccatis: item duas tabulas legis, intellectui tuo impressas, ob-  
 scientiam & doctrinam omnium eorum, quæ Deus iubet; & firmum  
 quoddam in voluntate propositum, omnia opera exequendi. Ex quo pro-  
 ueniet, vt urnam etiam habeat manna, fiatque particeps ineffabilium de-  
 liciarum, quas Deus suis amicis communicat: quia quotidie sumit manna  
 7 *Sanctissimi Sacramenti, quod est fons illarum. Sed quoniam sanctitas,*  
 Homil. 7. in *ait S. Chrylostomus, summam complectitur puritatem à culpis, & orna-*  
 Epist. ad *mentum à virtutibus præcellentibus erga Deum, seipsum & proximos*  
 Hebr. *suos: in his omnibus eminere debent Euangelici Sacerdotes: vt Sacrifi-*  
 cium

ciam, quod offerunt Deo, qua parte ab ipsis procedit, fit ei valde acceptam. Iuxta illud Malachiae Prophetae: *f ipse Dominus est quasi ignis conflans & purificans metalla, & quasi smegma aut herba Fullonum: & sedebit confians & mundans argentum, & purgabit filios Leui, & collabit eos quasi aurum, & quasi argentum; & erunt Domino offerentes Sacrificia in iustitia, & placebit Domino Sacrificium Iuda, & Ierusalem sicut dies saeculi, sicut anni antiqui.* Qua sententia praedixit Propheta puritatem & sanctitatem, quam Spiritus Sanctus, diuini sui amoris igne effecturus erat in omnibus fidelibus, tam laeularis status, per argentum significati; quam Sacerdotalis, significati per aurum: quos vocat filios Leui: eò quòd succedant antiquis Sacerdotibus illius tribus. Quamuis autem in omnibus desideret ipse summam mundiciem, ideoque *sedens* eos abluat, ac purificet, vt lauati lolet vestis lineae & argentum igne purificari: maiori tamen cura & industria Sacerdotes purifcat, donec illos conflent, & tanquam aurum & argentum collet: vt absque vlla scoria & mixtione terrena, mundi euadant. Ita vt non remaneat in eis, aut culpa grauis, aut macula leuis, cordi consultò aut affectu inordinato adhaerens. Et tunc Sanctitatem habebunt virtutis Religionis propriam: quàm ait S. Thomas, in hac puritate consistere. Ac propterea Sanctus Graecè appellatur Agios, quod significat sine terra, purificatum scilicet & exaltatum à terra. Ex quo proueniet, vt offerant Domino adeò Sancta & pura Sacrificia, vt valde sint illi grata & accepta: qualia fuerunt Sacrificia, quae Sancti Patres in saeculis antiquis ei obtulerunt. Et hoc innuat Ecclesia in Canone Missae, cum petit, vt acceptabilis sit Deo hæc oblatio, quemadmodum fuit oblatio iusti Abel, & Sacrificium Patriarchae Abraham, ac summi Sacerdotis Melchisedech. Quod, vt Sanctus Thomas explicat, intelligitur non de ipso Sacrae Missae Sacrificio, ex parte ipsius rei oblatæ, quæ valoris est infiniti; sed ex parte ipsorum Sacerdotum, qui eam offerunt. In quibus optat Ecclesia, præluere deuotionem & puritatem Abelis, fidem & obedientiam Abrahami; & iustitiam pacemque Melchisedech: vt ex hac etiam parte habeat oblatio suum copiosum fructum.

## §. II.

Ex His efficitur, plurimum referre vt Sacerdotes sint sancti, sic enim inestimabilibus honorum thesauris frui possunt, quos hoc caeleste ministerium secum adfert. Cum ijs enim præcipue loquitur insignis illa Ecclesiastica sententia: *Vade & comede in letitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum; quia Deo placent opera tua. Omni tempore sint vestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat.*

Quis

f Malach.  
3.2.Vide Riber.  
ibidem.2.2.9.81.  
art 2.3.p.9.83.ar.  
4 ad 8.

S

Ecles.9.7



Catech. 4

6 Mat. 21. 1

9

Sessio. 22. c.

1. de Refor.

e Exod. 28

31.

Lib 3. de

Taber. 6. c.

vide Ribu.

Quis hic panis, & quodnam vitium vinum (ait Sanct. Cyrillus) nisi corpus & Sanguis Iesu Christi Domini nostri? qui vocatur noster: quia verè est alimentum nostrum, & in nostrum sumitur remedium. Sed magis proprium est Sacerdotum: quia ipsi consecrant & frequenter sub vtraque specie sumunt: & tunc magno cum gaudio, lætitia, & vtilitate sumunt; cum eorum vita sancta est, & opera Deo placent: quibus benè sunt præparati, vt officio tali delectentur. Ac propterea addit: *Omni tempore sint vestimenta tua alba:* hoc est, vt eorum animæ & conscientiæ puræ sint, & heroicis virtutibus prælucentes. Antiquus mos erat, conuiuas vt vestibus albis in conuiuio, in signum lætitiæ: & fortè talis fuit *hæ vestis nuptialis, sine qua miser ille fuerat ingressus conuiuium, & a Rege deprehensus, eiectus ex eo.* At Sacerdotes non tunc solùm, cum sacrum faciunt; sed omni tempore gestare debent in anima preciosam hanc vestem, eò quòd vocati sint & consecrati, vt quotidie in hoc sint conuiuio, & Christi mensæ assideant: vt cum ipse comedat. Ac similiter *oleum de eorum capite nunquam deficere debet,* hoc est spiritus cum oleo deuotionis, & pretiosissimo vnguento amoris Dei, & proximi, & orationis, & internæ cum Deo familiaritatis: vt suaui hic odor domini ipsos inuitantem recreet, & Ecclesiæ fideles edificet; non solùm cum sacrum ipsum faciunt; sed toto tempore diei ac vitæ.

HINC licet nouam aliam rationem deducere, ad rem nostram, propter obligationem scilicet, qua tenentur Sacerdotes bonum exemplum Sæcularibus præbere: vt omnes virtutes ab ipsis discere possint. Nam, vt sanctum Concilium Tridentinum docet: nihil est, quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum assidue instruat, quàm eorum vita & exemplum, qui se Diuino ministerio dedicârunt. Cum enim à rebus sæculi in altiore sublati locum cõspiciantur, in eos tanquam speculum reliqui oculos conijciunt; ex ipsis sumunt, quod imitentur. Quapropter, sic decet omnino Clericos, in sortem Domini vocatos, vitam morèlque suos omnes componere, vt habitu, gestu, incessu, sermone, alijsq; omnibus rebus nihil nisi graue, moderatum, ac Religione plenum præferant; leuia etiam delicta, quæ in ipsis maxima essent, effugiant; vt eorum actiones sanctis adferant veneratioem.

AD OMNIA prædicta respexit Deus Dominus noster, & Sacerdotibus commendata esse voluit, in *tunica* illa, quam antiquis designauit, quæ iussit totam esse *hyacinthinam*, hoc est cæruleam sine cælestis coloris, delectentem usque ad pedes, e cuius ora penderent quasi mala punicæ, ex quatuor preciosis filis texta, ex *byssis* retorta, *hyacintho*, *purpura*, & *cocco* distincto mixtum in medio tintinnabulis aureis, vt audiretur sonitus, quando Aaron ingrederetur, & egrederetur Sanctuarium. Ad significandum (vt ait Beda) vitam Sacerdotum, totam esse debere *cælestem*, à principio usque ad finem cum magna

constan-

constantia in procurandis rebus cœlestibus: dirigendo ad hunc vnicum finem omnes suas actiones. Ita vt omnes illæ, quod ad hoc attinet, vnius sint coloris: quia vnica esse debet intentio, cœlesti Regi placendi, & cor suum rebus seruitij eius addictum habendi. In alijs autem operibus per mala punica significatis, esse debet varietas affectuum, coniungendo in eis virtutes omnes; præcipuè (vt S. Gregorius ait) *byssum* reiortam castitatis, castigatione & mortificatione carnis; & *purpura* patientiæ in tolerandis omnis generis calamitatibus; generoso quodam Regioque animo in rebus omnibus aduersis; *cocco* etiam *bis tincto*, accensæ scilicet charitatis, cum duobus suis actibus amoris Dei & proximi; *hyacintho* denique meditationum, & cogitationum cœlestium. Quatuor his coloribus texebantur etiam aliæ Sacerdotum vestes: vt intelligerent specialem suam obligationem, ad præferendum splendorem in omnibus his virtutibus, quæ sunt eorum vestes valde preciosæ. Sed ex hac veste pendebant *tintinnabula aurea*, vt simul aduerterent, ita vitam suam in seipsa esse debere Sanctam, vt simul esset proximis exemplaris: exemplis suis raris eos impellendo ad bonum imitandum, quod vident in ipsis; Sanctis etiam operibus, Sancta colloquia adijcientes, igne charitatis accensâ. Cum enim verba & opera sunt conformia, etiam erunt potentia ad corda permouenda & reformanda. Aduertit autem S. Hieron. fuisse septuaginta duo mala punica, totidemque tintinnabula: qui numerus est *de septuaginta duorum discipulorum, quos misit Christus binos ante faciem suam in omnem Ciuitatem & locum, quo erat ipse venturus. Vt ex hoc intelligamus, omnes Ecclesiasticos, nullo excepto, eminere debere in hac operum, & verborum Sanctorum coniunctione: quamuis enim non sint omnes Concionatores, Concilium tamen Tridentinum Episcopos ac Prælatos monet, vt factis ipsis ac vitæ actionibus, quod est veluti perpetuum quoddam prædicandi genus se muneri suo conformes ostendant. Qui enim iuxta excelsi sui Status dignitatem vitam ducit, ipsis actionibus continuè concionatur,*

am lib. 3.  
de vestibus  
Sacerd. c. 9.

2 p. Pastora  
lis c. 3.

Epist. 127.  
ad Fabiolâ.  
d Luc. 10. 1.

sess. 25. de  
Reform. c. 1.

## CAPVT. VIII.

QV A R A T I O N E SACERDOTES OMNESQVE ECCLESIA  
stici, & nominatim Canonici studere debent perfectioni Euangelica,  
& mutua animorum coniunctioni.

**C**VM Sacerdotes ceteriq; Ecclesiastici, & nominatim qui sunt  
ordine sacro insigniti, & Ecclesie seruitio mancipati, selecti  
fuerint ex communi Christiana plebe: merito debent emine-  
re in obseruatione præceptorum & consiliorum Euangelico-  
rum, cum multò maiori excellentia quàm ceteri iusti Scę-  
-

a Exod. 28.  
Vide Lipo-  
man, in Ca-  
tena ibi,

lares: ad id enim ex propria obligatione tenentur, iuxta id quod Deus di-  
xit Moyfi: *a Applica ad te Aaron fratrem tuum cum filiis suis de medio filiorum  
Israel, vt Sacerdotio fungantur tibi.* In quæ verba Venerabilis Beda sic lo-  
quitur: Necessè est, vt quicumque ad maiorem in Ecclesia gradum promo-  
uendi sunt, maiore mentis industria sese ad legem Domini applicent.  
Id est, diuinorum obseruantia mandatorum solertiore præ ceteris Domi-  
no copulentur. Hoc est enim, eos qui Sacerdotio functuri sunt, de medio  
filiorum Israël ad Moysen applicari, Præsules ac Doctores sanctæ Eccle-  
siae communem vitam electorum singulari mentis culmine transcendere,  
& familiari inspectione, quid lex generaliter omnibus electis; quid verò  
paucis perfectioribus specialiter loquatur, attendere; vt altiore excellen-  
tia meritorum, ad altiora possint præmia peruenire. Iuxta cuius venera-  
bilis Patris sententiam, non debent Sacerdotes existimare, satis sibi esse,  
quòd se studijs occupent, diuinamque legem in ijs tantum rebus custodi-  
ant, quæ sunt omnibus iustis communes; sed maiori studio ac vigilantia  
incumbere debent in obseruationem eorum, quæ paucis ac perfectiori-  
bus committuntur, & contendere, esse de eorum numero. Nam quid est,  
inquit Moysen applicare ad se fratrem suum Aaron: nisi ita amicè ac fra-  
ternè Sacerdotem cum lege se coniungere, tanto spiritu & seruore eam  
meditando: vt illam intimè sibi coniungat, sui que cordis tabulis magno  
cum amore imprimat. Idem confirmat S Ambrosius, eadem explicans  
verba: Perpende, inquit, hanc Aaron & filiorum eius à reliquo populo  
Israël separationem, vt intelligas: nihil in Sacerdotibus plebeium requiri,  
nihil populare, nihil commune cum studio & moribus inconditæ multi-  
tudinis. Sobriam à turbis grauitatem, seriam vitam, singulare pondus di-  
gnitas sibi vendicat Sacerdotalis. Quomodo enim potest obseruari à po-  
pulo, qui nihil habet secretum à populo, dispar à multitudine? Quid enim  
in te miretur, si sua in te recognoscat, si nihil in te aspiciat, quod ultra se  
inueniat; si, quæ in se erubescit, in te, quem reuerendum arbitrat,

Lib. 3. Ep. 3.  
20.

offendat,

offendat; supergrediamur igitur plebeias opiniones, & strata quædam gregalis conuersationis, ac detrita viæ orbitas declinemus. Sed queramus nobis viam inaccessam sermonibus insolentium, in viam operibus imperitorum: quam nullus maculosus deterat. Ingrediamur portas Domini portas iustitiæ; quas iustus, qui fuerit ingressus, confitetur Domino, estque paucorum ingressio. Sit ergo via nostra angustior, virtus exuberantior, trames pressior, fides sublimior, callis arctior, vigor mentis exundans, sententiæ rectæ: quia inflexibilia sunt virtutum vestigia. Quamuis autem Sacerdotes non teneantur ad illam Euangelicam perfectionem, quam Religiosi tribus votis, Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ sectantur: vt tamen superius cum S. Thoma diximus, eorum dignitas maiorem requirit interiorem sanctitatem, quàm Status Religionis. Quod si interior debet esse maior: meritò debet externa opera producere, in quibus illa appareat, accedendo, quantum poterit, ad eam excellentiam, quam Religio proficitur, & custodiendo cum integra & prompta obedientia omnia illa, quæ Sacri Canones ad Sacerdotum perfectionem præscripserunt.

## §. I.

**A**D cuius rei maiorem declarationem aduertendum est, quod in primæua Ecclesia, cum Apostoli legem Euangelicam prædicare cœperunt, omnes fideles magno spiritu contendebant, vt eam perfectissimè seruarent, viuentes omnes in paupertate, & obedientia; vitam ducentes communem, cum summa quadam mutua animorum coniunctione, magnaque ad Apostolos eos dirigentes subiectione; vt apertè S. Lucas insinuat, dicens: *a Omnes qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia: possessiones, & substantias vendebant, & diuidebant illas omnibus, prout cuique opus erat.* Et iterum dicit: *b Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, nec quisquam eorum quæ possidebat, aliquid esse suum dicebat; sed erant illi omnia communia. Nec quisquam egenus erat inter illos. Quotquot enim possessores agrorum, aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum: diuidebantur autem singulis, prout cuique opus erat.* Sed crescente numero fidelium, eorumque feruore sensim refrigescente, cessauit obseruatio huius perfectionis in gradu adeò excelso & redacta ad paucos quosdam, qui appellabantur Monachi, aut Cœnobita; & nunc generali nomine appellamus Religiosos: vt in tertio tractatu tomi tertij fusiùs est explicatum.

Cum hac adeò heroica perfectione cœpit etiam multoq; diutius perdurauit ordo Clericorù, & Ministrorù Ecclesiasticorum, nam Apostoli feruerrimè custodiebant Euangelica consilia, & perfectionem Religiosam profitebantur: vt ibidem est dictum: quos omnes Ecclesiastici, & præcipuè ordine Sacro insigniti imitabantur, ac Religiosam vitam profitebantur

Epist. S. re-  
f. ur. 12. q.  
1. c. Dilectif-  
simis. Et c.  
Necessaria.  
S. Scimus

Lib. 12. E-  
pist. Interro-  
gationum. S.  
August. c. 1.  
Et c. Et re-  
fertur. 12. q.  
1. c. quia  
tua.

De consti-  
tutione. S.  
Monasti. c. 19.  
Lib. 5. Pro.  
Epist. De-  
cretal. c. 2.

Refert Na-  
uarrus in c.  
Statutum.  
2. 7.

22. q. 18. 9.  
a. 8. ad 2.  
Nauarrus  
sup. m. 2.

Epist. ad R.  
sic de for-  
ma uiuendi.

in castitate, paupertate, & obediētia: uiuebantque in communi cum magna animorum coniunctione. Ac propterea S. Clemens in Epistola, quam scripsit ad Clerum Ierosolymitanum, dixit: vitam communem ijs esse nominatim necessariam, qui desiderant Deo se totos dedicare, & Apostolorum ac discipulorum vitam sectari. Idem dicunt Papæ Urbanus & Eugenius; & S. Gregorius affirmat, etiam suo tempore, ei qui semel Sacrum Ordinem in Ecclesia Romana suscepisset, non licuisse inde exire. Et in responso, quod idem Gregorius misit ad Sanctum Augustinum Angliæ Episcopum, monet; ut Ecclesiam illam, quæ tunc recens conuertebatur, dirigeret ad modum primæuæ Ecclesiæ, in qua omnia erant communia. Crescente tamen numero Clericorum, & Sacerdotum, cum opus esset, aliquos distribui per oppida, propter Sacramentorum administrationem sicut faciunt Parochi; alij uero tam excellentem perfectionem seruari non possent: eò res deuenit, ut constituerentur duo ordines; alter Clericorum, quos appellamus Sæculares; alter Regularium, qui proprio nomine Canonici nuncupantur, & est idem quod Regulares; nam omnes erant Religiosi, & uiuebant in communitate, nihil proprii habentes; sed ex communibus Ecclesiæ, & conuentus, in quo uiuebant, se sustentantes: Et ita est caput quoddam S. Basilij in constitutionibus eius Monasticis: *Ad Canonicos, hoc est regularem vitam degentes in Cœnobio.* Ac propterea, ut aduerit Pater Franciscus Turrianus nostræ Societatis, uocabulo græco appellabatur, Cœnouiij, quod significat simul uiuētes. Decursu tamē temporis, cū eorū multi uellent seorsim uiuere, & proprii aliquid retinere, mutato nomine, uocati sunt Canonici. Et hic duo etiam Ordines orti sunt Canonicoꝝ: alter Sæcularium, qui diffusus est per omnes Cathedrales & Collegiatas Christianitatis Ecclesiās; alter Regularium, qui sancti Augustini dicuntur. Eò quod sanctus hic Doctor eum nobilitauerit, ac perfecerit, constituens ei magnæ perfectionis Regulas. Quamuis Pius Papa quartus in quadam Bulla, in huius Ordinis fauorem expedita, eum præferens Ordini purè Monastico, dicat eum multò esse antiquiorem, à tempore scilicet sacerdotum Apostolorum, qui illum instituerant; & ex proprio Instituto ac Professione debent esse Clerici, & Ecclesiæ Ministri. Ac propterea, teste S. Thoma, præferuntur merè Monachis, qui ex suo Instituto non tenentur esse Clerici. Et quāuis utriq; attendat ad operam uitæ contemplatiuæ; interest tamen: nā Monachi ad uitā contemplatiuā attendūt proprii sui profectus causā; at Canonici & Ecclesiæ Ministri attendunt ad eandem uitam contemplatiuam circa publica Diuini cultus ministeria, quæ res est excellentior. Ac propterea S. Hieronymus Rustico scripsit: *Sic uiue in Monasterio, ut Clericus esse merearis.* Sed cum etiam Monachi Clericalem & Sacerdotalem Ordinem suscipiunt; eiq; Ordini strictiorem adhibent Regulam:

modus

modus vitæ eorum, tanquam securior & perfectior præferri debet: quamuis Canonici Regulares etiam habeant ex Instituto suo magnam perfectionem. Hæc propterea adduxi, vt Ecclesiastici, & speciatim Canonici, obligationem suam intelligant: si non ratione specialis voti, saltem ex decentia, iuxta suum statum & officium, teneri se adspirare ad perfectionem Euangelicam, accedentes quantum proximè poterunt ad eam vitæ rationem, quam primi Ecclesiastici & Canonici per tot sæcula sunt sectati. Nam *Primum*, quamuis non ducant vitam communem in eadem Domo, aut Conuentu; sed certis tantum horis diei in eandem conueniant Ecclesiam: æquum est, vt ipsi valdè excellent in animorum coniunctione. ita vt omnes habeant cor vnum, & animam vnã in rebus Diuini obsequij: hæc est enim coniunctio siue vnio, quam Deus magni facit: de qua aliqui Doctores explicant, quod S. Lucas dixit: *c Omnes qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia.* Est autem credibile, in tanta multitudine, aliquos fuisse coniugatos, patres familias, variaque officia habuisse: credibile quoque est, multos illorum habitasse in domibus suis; solumque cõuenisse quotidie in templo, aut in loco aliquo constituto: vt semper essent spiritus vnitione coniuncti. Ideoque addit S. Lucas: *quotidie quoque perseuerantes vnanimiter in templo & frangentes circa domos panem, &c.* Cuius vnitionis causam, ait S. Hilarius, fuisse, quod omnes vnã eandemque haberent fidem, vnum Baptisma, vnã spem, & vnã voluntatem eidem Christo Domino seruiendi: quibus vestiti erant. Sanctus Basilius declarat, eam vnitionem in eo fuisse positam, quod omnes quærerent Dei voluntatem in rebus omnibus; & Sanct. Bernardus addit, ex eo illam prouenisse, quod omnes propriam suam voluntatem negarent, subijciantes illam cum perfecta obedientia ijs, à quibus gubernabantur, adijciantes his omnibus rectissimam & purissimam Deo soli placendi in rebus omnibus intentionem. Hæc præcipua est vnio, quæ splendere debet in Ecclesiasticis & Canonici, contendentibus, vt licet multi sint in vna Ecclesia, non tamen sint nisi vnus in spiritu; de quibus verè dici possit illud Dauidis: *d Quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum.* In quæ verba S. Augustinus ait: *Qui sic viuunt in vnum, vt vnum hominem faciant; & sic illis verè, quomodo scriptum est, vna anima, & vnum cor: multa corpora, sed non multæ animæ; multa corpora, sed non multa corda: rectè dicitur monos, id est vnus solus; Quia solam cor vnum habent in Deo & Christo Iesu.* Ac propterea multi Religiosi vocantur vnus, & impositum illis est nomen *Monachi*, quod significat quasi sit vnus. Quamobrem multi Ecclesiastici propter hanc vnitionem esse debent vnus Ecclesiasticus; & multi Canonici, vnus Canonicus, *e seruientes omnes Deo, eiusque Ecclesiæ in ministerijs & officijs; statûs sui, humero vno, vt dixit Propheta; cõuenientes simul in eandem*

*c Act. 244.  
vide Lorinũ  
ibi.*

*Lib. 8. de  
Trinit.*

*in Prologo  
ad Moral.*

*Serm. ad  
Milites  
templi.*

*d Psal. 132.  
i. ibidem.*

*e Sophon.  
39.*

f Psal. 67. 7

2. 2. 9. 29.  
ar. 3. ad 2.

g Mar. 9. 49

Ecclesiam, quam constitutam habent cum sua in rebus omnibus officij sui concordia. Ad quod necesse est, omnes amplecti Regulas Sanctitatis, quas Christus Dominus noster, eiusque Ecclesia proponit; ita ut Canonici nomen expleant, quod significat viuentem iuxta Regulam; & nomen Ecclesiastici, quod significat viuentem in vnione & coniunctione Ecclesie. Vbi autem non est morum conformitas, nec talis coniunctio esse potest, iuxta illud Dauidis: *f Deus inhabitare facit vniuersum moris in domo*: conformitas enim vite facit illos esse valde coniunctos, & concordēs in sua ecclesia. Quam tamen vnionem nominatim habere debent in duobus locis: in *choro scil.* vbi ad Canonicas horas cantandas, Diuinaque officia celebranda conueniunt. Contententes, vt quemadmodum voces in vno cum magna vniformitate proferuntur in cantu: ita in vnum conueniant animi & corda cum magna in affectibus spiritus similitudine; & custodia Regularum, quæ inferius tractatu tertio proponuntur circa hoc ministerium. Alter locus est *capitulum*, in quo conueniunt ad Ecclesie negotia tractanda, temporalia & spiritualia. Et quamuis in eo loco liceat, expediatque vnumquemque sancta cum libertate suam dicere sententiam; nec sit possibile semper se omnes conformare in iudicijs & sententijs dicendis; &, vt S. Thomas ait, neque id sit ad charitatem conseruandam necessarium; cum etiam inter Sanctos huiusmodi fuerit sententiarum diuersitas: semper tamen seruanda est conformitas & vnio cordium, vt vnum eundemque finem omnes respiciant, hoc est seligere quod optimum est, magisque expediens ad Dei gloriam, & Ecclesie bonum: ita vt omnes parati sint proprium iudicium deponere, cum aliud audierint aut intellexerint, quod magis expediat; suum verò tanta modestia ac humilitate proponant, vt aliorum non contemnant; nec hareant, aut agant contentiosè, vt fiat quod ipsi iudicant, aut alios ad suam sententiam trahant: sed potius mutò sese præuenient humilibus cæremonijs, & vrbauitibus, quæ sint ad remota vt neque antiquiores contemnant iuniores; neque hi reuerentiam antiquioribus debitam negligant. Ita vt qui caput est, tanta modestia imperet, vt omnes libenter ei pareant; & reliqui ita promptè obediant, vt nihil prætereatur eorum, quæ sunt constituta.

DE NIQVE quoties in capitulum conueniunt, debent ob oculos habere duas in lignis: Seruatoris nostri sententias. Altera est: *g habete in vobis sal, & pacem habete inter vos*: Sal quidem Sapientie, ad ea bene cognoscenda, quæ tractantur, ac de quibus sententiam vestram estis dicturi; Sal etiam discretionis: ne sitis in dicendo præcipites, & proiecti; sed magna cum consideratione, & quiete sententiam vestram proponatis; Sal gratie, vt opportunè & ad rem modoque suauiter ac iucundo dicatis; Sal feruoris & caloris spiritualis ad alacriter & acutè dicendum: non asperè & incou-

ditè

ditè; nec cum eo languore & ignavia, vt vestræ rationes quasi mortuæ esse videantur; nec tamen cum tanto feruore, vt mutuam cum alijs pacem lædant. Debet enim ita sal paci coniungi, vt nec multum sal paci noceat, nec pax nimia sal ipsum dissoluat. Altera sententia est: *h ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Quare attendant Ecclesiastici, quoties conueniunt in Ecclesia aut choro aut capitulo, hunc conuentum esse debere in nomine Christi Domini nostri, & cum intentione illi placendi, ac de rebus Diuini eius seruitij agendi. Si enim conuenirent propter res aliquas prophanas tractandas, aut ob aliquem finem terrenum: non conuenirent in nomine Christi; sed mundi, aut nomine proprio, aut iuxta proprium Spiritum terrenum; & in medio eorum non Christus præsideret; sed mundi huius Princeps, hoc est Dæmon discordiarum & tumultuum in communitatibus seminator. Quando autem congregantur in nomine Christi, ille est in medio eorum præses, & gubernator; quasi Magister ad docendum; & consiliarius ad apta consilia suggerenda; & quasi adiutor ac protector ad felicem eorum, quæ constituuntur, executionem. Imò etiam est in medio eorum tanquam iudex & testis obseruans quæcunque aguntur, vt pro eis præmium reddat, aut pœnam. Cuius præsentia continere eos debet, & componere: ne quid contra modestiam, grauitatem, quietem, ac decentiam admittant, quæ eius status viros decent.

## §. II.

**S**ED vterius adhuc pergere debet vnio, & concordia Ecclesiasticorum: vt non arctetur ad eos tantum, qui sunt eiusdem particularis Ecclesiæ; sed omnes vniuersim complectatur, qui sunt eiusdem Professionis: ita vt summâ concordia sibi mutuo sint coniuncti. Ad quod sufficere debet, quod Catholica Ecclesiæ sint Ministri, obsequio Christi Domini nostri mancipati. De omnibus enim ipsis in particulari intelligitur beneuola illa Saluatoris nostri oratio: *Ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis, vt sint vnum.* claritatem appellat (vt aiunt SS. Hilarius & Cyrillus) Diuinitatem carni & sanguini suo vnitam: quam in cibum & potum dedit suis discipulis in sanctissimo altaribus Sacramento, vt in eis efficeret admirandam hanc omnium cum Deo, & inter seipso vnitionem. Quam claritatem Christus Dominus noster Sacerdotibus præcipue & Ecclesiæ suæ Ministris communicauit: quorum est diuinissimum hoc Sacramentum consecrare, & cæteris fidelibus administrare: ac proinde multo amplius hæc vnio ipsis cõuenit, qui huius claritatis Christi magis sunt participes. Quæ etiam complectitur doctrinam, quam illos docuit, cum admiranda adeo claritate; & potestatem dimittendi peccata, & sanctificandi alios, administrando eis reliqua Sacramenta.

Et hoc ipso eos obligat ad maiore vnionē cū omnibus inter seipso habendam:

*h Matth.*  
18.20.

*a Io 17. 22.*  
*Lib. 8. de*  
*Trin.*  
*Lib. 11. in*  
*Ioan. 6. 30.*



b. loã. 3. 35

c. 2. Cor. 6. 3

d. 1. Cor. 10.  
17.

e. Cant. 7. 1

bendam: vt sic credibilior fieret, magisque amabilis doctrina, quam prædicant & docent: vt cognoscat (inquit) mundus: quia tu me misisti, hoc est, vt ex vnione Ecclesiasticorum, & Euangelicorum Ministrorum agnoscat mundus veritatem & splendorem doctrinæ Christi, se sequere seruitio eius ad dicent, iuxta illud ipsius Christi Domini dicentis: b. in hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Cum igitur Sacerdotes & Ecclesiastici succedant septuaginta duobus Christi discipulis in suis Ministerijs: meritò debent ostendere se discipulos Christi vnione dilectionis, & mutui inter se amoris. Et quemadmodum idem exterior habitus in Religiosis eiusdem Religionis, signum est fraternitatis & vnionis internæ, qua inuicem sunt coniuncti: ita omnes Sacerdotes & Ecclesiastici eundem gestant externum habitum in tota ferè Republica Christiana, & iisdem Sacris vestibus in tota Ecclesia: vt sic prouocentur ad eandem concordiam & vnionem inter se habendam, tanquam Christi Ministri: nihil facientes, quod alios offendat, aut turbet: c. vt non vituperetur Ministerium nostrum, si Ministri inuicem mutuam charitatem & pacem non habeant. Et hoc ipsum significat ritus ille, quo Ecclesia vitur in Missa solemni, cum Sacerdos pacem precatus Diacono, illum amplectitur, & idem Diaconus facit erga Subdiaconum, & hic eandem reliquis offert, cum patenam vel aliquam aliam imaginem præbet osculandam: vt omnes intelligant concordiam & pacem, quam Ecclesiastici omnes in suis gradibus habere debent, maiores & minores inter se mutuam, & cum toto populo, in virtute Sanctissimi Sacramenti: quod insinuat Apostolus, cum dixit: d. vnus panis, vnum corpus multi sumus omnes, qui de vno pane participamus: hoc est quemadmodum vnus est panis cælestis, ita omnes, qui eius sumus participes, sumus vnum corpus mysticum cum vno eodemque spiritu Christi: qui omnibus suis membris dat vitam & vnionem.

Hæc est insignis illa vnio & concordia, quæ in libro Canticorum futura prædicatur, illis verbis: e. Quid videbis in Sunamite, nisi choros castrorum? Quæ autem est hæc Sunamitis (quæ vox pacificam significat) nisi ipsa Ecclesia, & nominatim præstantior eius pars, quæ est Ecclesiasticorum congregatio? qui præcipuè sunt duobus Ministerijs dedicati: alterum est, ad gloriam & laudem Dei, in celebratione Diuinorum officiorum, & cantandis in suis choris, hymnis & Psalmis: alterum in bonum proximorum, pugnando more militum contra Dæmones, persequentes corpora & animas hominum: quod præstant Exorcistæ, Confessarij, Concionatores, & Prælati. Et quemadmodum chori suauitas, & castrorum fortitudo consistit in concordia cantorum, & militum: ita suauitas & fortitudo Ecclesiasticorum Ministrorum, & omnis felix progressus ministeriorum eorum consistit in concordia coniuictorum cordium inter se, & cum Christi

sto Rege pacifico: à quo eius sponsa Ecclesia vocatur pacifica: ac proinde æquum est, vt qui sunt præcipua eius pars, impleant exactè, quod nomen illud significat. Sed quoniam pax huius vitæ non est expers alicuius pugnae, qua ipsa conseruatur & fouetur: necesse est, eos tanquam strenuos milites pugnare aduersus omnes hostes, qui tentauerint hanc pacem frangere, & remouere concordiam: mortificantes alacriter & exactè passionem & inordinatas affectiones, quæ causæ sunt dissentionum; & ambitionem speciatim Prælatorum, & honorum; cupiditatem luorum temporalium; inuidiam promotionum ac prosperitatum alienarum; & iram ac vindictam acceptarum iniuriarum, & opprobriorum. Quatuor hæc passionum sunt quatuor feroces illi equi, discordiæ currum trahentes per vniuersam terram; & perturbantes non solum Sæcularem, sed etiam Ecclesiasticam, imò adhuc Religiosam Rempublicam. Ferè enim omnes discordiæ, schismata, ac dissensiones sunt circa punctum honoris & excellentiæ; aut circa commoda ex bonis fortunæ: quæ etiam ab inuidia initium sumunt, & occasionem: cum videntur alij magis promoti & prosperati in auctoritate, aut excellentia, aut fortunæ bonis; aut quòd ira, iniuriarum vltix, effrenatur ad illas vlciscendas. Eisdem quatuor passionibus, quæ vidit Zacharias Propheta, de quibus dixit ei Angelus: *Hæc sunt cornua, quæ ventilauerunt Iudam & Israel, & Ierusalem.* Huiusmodi enim inordinatæ affectiones commouent & effundunt corda laudantium & contemplantium Deum, viuientium in sancta Ierusalem, quæ est pacis visio. Et sæpè ita laruatæ incedunt, quasi pallio virtutis Religionis & zeli: vt lynceis oculis opus sit, ad eas dignoscendas. Ac propterea (vt idem S. Hieronymus ait) *Propterea leuauit oculos suos, vt videret quatuor illa cornua:* quia eleuatione oculorum opus est, & intelligentia spiritali, vt videamus contrarias fortitudines, quæ contra nos eleuauerunt cornu suum.

STATIM autem atque hostes illos vidimus, & agnouimus, cogitandū nobis est de remedio. Et ita ait idem Propheta, quod Dominus ostendit ipsi quatuor fabros ferrarios cum suis malleis & alijs instrumentis suæ artis in manibus, qui veniebant, vt cornua illa deterrent. Et significant (vt ait idem S. Doctor) quatuor virtutes mortificantes & contudentes has passionum & vitia. Vera enim humilitas tanquam peritus faber, malleo humilationis voluntariæ mortificat & conterit erectum ambitionis & superbiæ cornu; dum Ecclesiasticus sibi persuadet, quòd quòd maior est, tantò debet est humilior, & quòd magis est honore dignus, eò debet magis illum enucleare. Paupertas spiritus & liberalitas etiam est peritissimus faber, conterens avaritiæ & cupiditatis cornu, mortificando nimium affectum ad terrena bona, eaque in pauperes distribuendo. Christiana item

f Zach 19  
S. Hieron.  
ibid. quæ  
men appli-  
cat quatuor  
alij passio-  
nibus. Ti-  
moris, Spei,  
Tristitiæ, &  
Gaudij.

cc

cc

cc

cc

Vide Ribera-  
ram, qui  
ait, esse qua-  
tuor virtu-  
tès Cardi-  
nales.

charitas est faber fortissimus, dissoluens cornu inuidiæ: quia gaudet de aliorum promotione, sibi que honori tribuit, quod alij, qui eiusdem Ecclesiæ sunt membra, in honore habeantur; alienas prosperitates tanquam proprias reputans. Denique mansuetudo & patientia, tanquam strenuus faber, malleo tolerantia frangit furiosos iræ impetus, reprimitt que quos illa excitat motus. Muniti igitur Ecclesiastici quatuor his virtutibus, conseruabunt in pace Rempubicam & Hierarchiam suam; repellent que ab ea hostes omnes, qui illam turbare solent. Nec tamen his contenti esse debent; sed conari reliquos læcularis Reipublicæ Ciuies etiam pacificare; & instar peritorū fabrorum *g malleo verbi Dei, & aptis rationibus, & exemplis conterere petram*, ac dissoluere omnia, quæ pacem communem turbant. Nam (vt S. Hieronymus ait) qui vitia destruunt, virtutes ædificant; omnesq; Sancti, qui hæc remedia possidentes, instaurant Ecclesiam; fabri appellandi sunt. Nam qui destruit ambitionem, plantat humilitatem; & qui cupiditatem, inuidiam & iram extirpat: is charitatem & mansuetudinem animæ inserit. Quia igitur viri Sancti his remedijs fideles promouent in rebus Diuini obsequij, dicuntur fabri & artifices spiritualis huius ædificij, & ferrariæ huius officinæ: qua verè ædificatur, reparatur, & perficitur Ecclesia, & tota ipsa Respublica. Sed quoniam quatuor hæc vitia, & virtutes ijs contrariæ res innumeras habent, quibus fouentur circa Ecclesiastica ministeria; dicemus particularia omnium in decursu sequentium tractatum.

## CAPVT IX.

*IN ECCLESIASTICIS VIRIS SPLENDERE DEBENT  
paupertas spiritus, mortificatio cupiditatis, & inordinati ad cognatos  
amoris; ac liberalitas in pauperes.*



VRE MERITO S. LVCAS REFERENS PRIMORVM Christianorum vnitionem, ei coniunxit voluntariam paupertatem, quam omnes sectabantur; dicens, eos a habuisse omnia communia: nam *uaxdidisse possesiones; & earum pretium ad pedes Apostolorum posuisse*. Quæ narratione insinuat, Spiritum sanctum eis inspirasse utrumque simul: ed quod illa duo valde se mutuo iu-

uent. Nam vbi perfecta est vnio, & anima vna, & cor vnum propter amoris magnitudinem & perfectionem: mox sequitur communicatio reliquarum rerum externarum, quæ spectant ad fortunæ bona: iuxta celebre ac decantatum dictum antiquorum: *amicorum omnia sunt communia*. Ex quo Philosophus quidam deducebat, quod cum iusti sint amici Dei, Deus que sit Dominus rerum omnium: etiam iustos esse omnium domi-

Ambros.  
2. officio-  
rum. c. 14.

1er. 29. 15.

a. A. 2. 4.  
c. 1. 3.

So. raris, &  
Di. genes,  
Dionys. Phi.

nos. Et alter dicebat: diuitem non esse verè amicum pauperis, nisi diuitias suas ei communicet. Et cuidam viro potenti, dicenti, se magna amicitia coniunctum esse cuidam pauperi: ridens respondit: si tantus es eius amicus, quomodo tu es diues, & ille pauper? Quoniam igitur supernaturalis amicitia, quam Spiritus sanctus primis Christianis communicabat, erat valde perfecta: statim (ait S. Augustinus) erupit pius affectus spoliandi se rebus omnibus, vt eas facerent communes. Vt quibus erat vna fides, esset vna substantia; & quibus erat communis Christus, communis esset & sumptus. illa autem proprietatis exspoliatio, efficax erat medium, quo vnio conseruaretur. Quia (vt S. Chrysostomus dicit) auferbat ex medio duo illa frigida verba *meum & tuum*, quæ causa sunt omnium discordiarum, litium, ac turbationum, quæ sunt in hoc mundo. Hæc tamen voluntaria paupertas multò magis eluxit in discipulis, Euangelij Ministris: cuius rei testimonium subiicit S. Lucas, cum peculiarem facit mentionem Sancti b. Barnaba Leuita, qui fuit vnus ex septuaginta duobus discipulis: & cum haberet agrum, vendidit eum, & attulit pretium, & posuit ante pedes Apostolorum, vt moris erat, in signum, quòd omnino exerat pecuniæ illius dominium; & (vt Sanctus Hieronymus ait) in corde suo illam contemneret, ac in terram proieceret: vt eam Apostoli conculerent; & pro suo arbitrio de ea disponerent. Et quoniam ipse sanctus Barnabas magno feruore initium dedit insigni illi rerum suarum exspoliationi, vt cæteri Euangelij Ministri ipsum imitarentur: Apostolicus nomen commutarunt; prius enim Iosephus appellabatur, & postea dictus est Barnabas: quod significat *filium consolationis*: propter consolationem quam toti Ecclesiæ allaturus erat exemplo & prædicatione sua. Hanc voluntariæ paupertatis viam sectati sunt felicissimis illis temporibus Sacerdotes, & Ecclesiastici: ita vt nihil haberent proprij, sed speciali voto ad eam seruandam se obstringebant, iuxta dicta in proximo capite; & in secundo insinuata. Et hoc, ait S. Hieronymus, significare coronam, quam Clerici in capite gestant. Ratio capitis est temporalium omnium depositio. Illi enim (scilicet Clerici) victu & vestitu contenti, nullam inter se proprietatem habentes, debent habere omnia communia. Et, qui Deum habet in hæreditatem, nihil extra ipsum proprium habere debet: & si extra ipsum Dominum aliquid proprij habeat, non erit particeps ipsius Domini. Et S. Prosper Aquitanicus refert de S. S. Paulino & Hilario, quòd cum essent ex proprio patrimonio valde diuites, omnibus suis bonis renuntiarint, ea vendentes & pauperibus distribuentes: ita vt ex communibus Ecclesiæ bonis, & quidè cum magna moderatione alerentur. Eandem quoq; Regulam Clerici omnes seruabant, quos S. Augustinus in suis monasterijs habebat: vbi voto se obstringebant non habendi aliquid proprij

laciel. vide  
Lorum in  
loca citata

Serm. 25. de  
verb. Apost.

cc

cc

cc

Homil. 7. §  
12. in Acta.

b. Act. 4. § 6  
vide Lorinū  
Epist. 8. c. 7.

12 q. 1. c. duo  
sunt.  
S. Aug. Ser.  
11. ad Frat.  
in Eremo  
• Hieron.  
Epist. ad N.  
post. 12. q. 10.  
Lericus. c.  
Expedi. c.  
Nolo c. ro  
dicat. s.

## §. I.

**C**VM AVTEM seueritas heroicæ ad eam perfectionis iam cessauerit, liceatque nunc Sacerdotibus & Ecclesiasticis propria aliqua possidere: expediat explicare, quamnam perfectionem in hac rerum possessione habere debeant, accedentes, quantum fieri poterit, & gradus ipsorum exigit, ad paupertatem spiritus, quam professi sunt Regulares. Hæc enim virtus, ut tertio tomo est dictum, varios habet gradus, etiam in ipsis Religiosis; alios alijs seueriores: & in suo gradu etiam pertinet ad Ecclesiasticos. Qui duo genera bonorum temporalium habere possunt: quædam ex patrimonio proprio, quorum habent verum Dominium, ac proinde possunt liberè de eis disponere, more Sæcularium: seruatis tamen Regulis prudentiæ, quæ dux est bonorum operum, & medium adhibet in omnibus rebus; & Ecclesiasticis maiorem adhibet exactiorem, quam sæcularibus, ratione status sui perfectioris, ut mox videbimus. Alia bona possident ex redditibus Ecclesiasticis, quos eis assignat Ecclesia ratione officij & muneris, quod in ea gerunt: quales sunt Decimæ, & reliqua Beneficij, Præbendis, & Episcopatibus annexa. Quorum bonorum, ut grauiissimi Doctores affirmant, Ecclesiastici non verum dominium, sed tantum usum fructum, & administrationem habent, tanquam fideles administratores & dispensatores Christi Domini nostri, eiusque Ecclesiæ: cuius voluntas est, ut ipsi ad seipsos, domum, & familiam suam alendos quod decens est, expendant; reliquum verò intelligant, non esse ipsorum, sed pauperum; ac proinde teneri illud exponere in elemosynas, piæque alia opera Diuini cultus. Et hac ratione Ecclesiastici profitentur veram paupertatem, cum huiusmodi bonorum dominio verè careant, solumque habeant usum cum onere ex recta iustitia distribuendi, quod ipsis superest. Quamuis tamen Ecclesiastici Deum timentes, propriamque perfectionem ex animo optantes, sententiam hanc tanquam securiorem eligant; & iuxta eam se gerant, ut sanctitatem obtineant, quam sectantur. Iam tamen tanquam valde probabile receptum est: ipsos habere verum dominium reddituum huiusmodi Ecclesiasticorum; nec teneri ex iustitia, quæ malè expenderint restituere. Habent tamen dominium quantum ad usum adstrictum & limitatum iuxta Sacrorum Canonum Decreta, ut sensim explicabimus.

**I**MPRIMIS, ut à remotioribus re aggrediamur: Ecclesiastici in utroque genere bonorum temporalium seruare debent paupertatem spiritus cum omni sua perfectione, quoad affectum interiore, mortificantes viriliter quamcunque cupiditatem, & inordinatum ad bona, quæ iam habent, aut habere fatagunt, affectum; ita ut parati sint, ad ea deserenda, aut distribuenda, quodocunque opus erit, ad obediendum Dei præceptis, & præstandum quod ipse eorum status requirit. Cum autem exile habent patrimonio,

Tract. 6. c. 5.

S. Thom.  
 Quodlib. 6.  
 a. 12. 2. 2. q.  
 185. a. 7.  
 Nauar. de  
 redditibus  
 Eccles. Et in  
 Manu. c. 27.  
 n. 75.  
 Sorus lib. 10  
 de Insti. q. 4.  
 a. 3. c. 4.  
 Sarmiento  
 Tractat. de  
 redditib. Ec-  
 cle. p. 4. l. 3.  
 c. 6.  
 Cordua.  
 lib. 1. c. 18.  
 Bannes. 2. 2.  
 q. 23. a. 6.  
 dubio vlti-  
 mo. c. alii  
 multi.

I

rimonium, aut redditus exiguos; plus horrere debent auaritiã, quæ prætextu necessitatis ad sustentationem decentem animum inuadere solet. Nam, vt non noceret moderata cura quærendi per bona media, quod est ad id necessarium; ita grauius offendit inordinata idem assequendi cupiditas. Quæ faciliè inclinatur ad quærenda etiam superflua; & per media ipso statu indigna. Si enim vniuersim & in omnibus hominibus verum est, quod Apostolus dixit: *a radicem omnium malorum esse cupiditatem*: quomodo non idem efficiet in Ecclesiasticis? Præclare id perpendit Sanct. Ambrosius in eum Apostoli locum, dicens: Nihil tam asperum, tamque perniciosum est, quam si Ecclesiasticus, maximè qui in sublimi loco est, diuitijs huius sæculi studeat. Quia non solum sibi ipsi, sed & cæteris obest, contrariã enim formã dat hominibus; necesse est enim multos imitatores eius existere ad perditionem. Quãtò enim honorificentior ordine est, tantò magis suadet, imitandum se, maximè in hac re, quæ in ista vita procliuius est. Nullum enim est malum, quod non possit admittere auaritia; est enim omnium malorum radix, vt voti sui compos euadat. Ex quo etiam prodeunt negotiationes in rebus profanis, contra dignitatis huius celsitudinem. Et interdum ad eò crescit, vt, teste S. Augustino, etiam Simonie sit radix in administratione sanctorum Sacramentorum. Quare summo studio oportet laruam huic hosti deponere, & perniciosam ad eò radicem ex anima sua euellere, comprimendo, mortificando quamcunque cupiditatem, & inordinatum affectum in ea exurgentem; & amplectendo externam paupertatem in eo gradu, quo Deus vult, vt eam teneant: vt sit vera paupertas spiritus, & voluntati Diuinæ conformis; summas reputantes diuitias, propria ipsius status ministeria; & cum Sanct. Augustino dicentes: nihil habentes, omnia, Christum possidendo, simus possidentes: in quo omnia inueniemus.

Ex interiori hac reformatione orietur intentio pura, & ab omni temporalis lucri respectu in ipsis ministerijs expedita. Grauiissima enim est auaritiæ inordinatio, ea præstare, ob temporale stipendium præcipuè: quale est sacrum facere, præcipuè ob eleemosynam seu mercedem; accedere ad chorum ob solas distributiones; aut Canonicas horas legere ob redditus beneficij obtinendos. Rectæ enim rationi opponitur, quòd tam parui fiant ministeria ad eò sacra, vt fiant præcipuè ob terrenos fines. Hæ sunt querelæ Domini Dei nostri de Sacerdotibus, & Leuitis antiquis, cum dixit: *b Quis est in vobis, qui claudat ostia, & incendat altare meum grauius? non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum; & munus non suscipiam de manu vestra*. Atque si dixisset: quamuis Ministri templi mei temporale stipendium pro suo labore accipiant, vt se alant: nolo tamè eos officium suum ob finem ad eò vilem præcipuè facere; sed seruire mihi

a 1. Tim. 6  
20.  
Ibidem.

Serm. 37, ad  
Fratres  
rom. 10.

Suprà.

2.

b Malach.  
1. 10.

gratis, eò quòd sim, qui sum; & propter beneficia, quæ illis præsto; & bona spiritualia & æterna, quæ illis conféro, & promitto. Non enim ob-  
lequia mihi placent ob tales fines præstita, & animo mercenario: ita vt,  
temporali illa mercede cessante, desinerent mihi seruire. Quærant primò  
obsequium meum, & tanquam accessorium respicere poterunt proprium  
commodum, & vilitatem. Ex quo facilè apparet lethale peccatum esse,  
huiusmodi munia tali intentione exequi: quando præceptum ad ea præ-  
standa obligat. Nam, qui ordine Sacro insignitus Diuinum officium per-  
solueret ea præcipuè intentione, vt beneficij sui redditus retineret; ita vt,  
hoc sine sublato, officium legere prætermitteret, lethaliter peccaret. Et si  
Parochus tali animo Sacramèta administraret, cum adest grauis necessitas,  
quæ illum ad id obliget; etiam peccaret lethaliter. Seruiant itaque Deo Ec-  
clesiastici in suis ministerijs gratis, si perfecti esse volunt; ostendentes, se  
non seruire quasi seruos, aut mercenarios; sed quasi filios Dei; & Pastores  
gregis, cœlestis sui Patris. Et intelligant quòd magis ipsi à cupiditate expedi-  
tos se ostenderint; eò amplius Deum ad futurum ad temporales ipsorum  
necessitates reparandas, cum ea liberalitate, & in eo gradu, quo ad bonum  
ipsius animæ expedit. Et hanc existimat Sanct. Chrysoströmus causam vi-  
nam fuisse, ob quam Spiritus Sanctus primis Christianis inspirauerit, vt  
venderent quæ haberent, & pretium ponerent ad pedes Apostolorum, vt  
ipsa experientiâ dilcerent Diuinæ prouidentie studium circa illorum su-  
stentationem; & quod in hac vita centuplum eis redderet, quam eius gra-  
tia & amore reliquissent. Nec propter ea, quæ dicta sunt, censendi sumus  
neg. relictum esse, & ordinationi Diuinæ prouidentie conforme, petere  
& accipere stipendium, quod promore in Ecclesia datur ob Ecclesiasti-  
corum ministeria; & fideles teneri ea illis date, nec eos cogere ad gratis  
seruiendum. Nam, vt Apostolus ait: *c. Qui bene præsumt Presbyteri, duplici ho-  
nore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo & doctrina.* duplicem ap-  
pellat honorem (vt explicat Sanct. Thomas) reuerentiam eis debitam ob  
dignitatem Sacerdotum, & Magisterij; & ob stipendium ad victum & ami-  
ctum eorum necessarium; & idè addit: *d. dicit enim Scriptura: non alligabit  
os boui trituranti; & dignus est operarius mercede sua. e. Et quis, inquit, militat  
suis stipendijs unquam? quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? quis pa-  
scit gregem, & de lacte gregis non manducat? & qui spiritualia seminat non ma-  
gnus est, si metat carnalia. Et qui altari deseruiunt, cum altari participant;*  
vt inde viuant. Hæc omnia (vt ait Apostolus) rationi & iustitie sunt  
consentanea: quamuis ipsemet, (vt altiore se sectaretur perfecti onem, &  
cor suum ostenderet ab huiusmodi commodis expeditum) non volebat  
talia stipendia accipere; sed laborabat manibus suis, vt ex illo labore vi-  
ueret. Alij tamen Apostoli illud accipiebant ne valdè puro ac perfecto.

Hom. 53. ad  
populum.  
Vide Lorinū  
in Act. 4. 35

c. 1. Tim. 5.  
17.

Il è iam.  
d. Et Deut.  
25. 4.  
Mat. 10. 10.  
Luc. 10. 7.  
e. 1. Corin.  
9. 7. 11.

Neque hic aliud reijcimus ac damnamus, nisi quod huiusmodi lucra temporalia tanquam præcipuum finem Ecclesiastici ministri recipiant; quasi esset aliqua negotiatio & commercium; quod est planè Evangelica puritate valde indignum. Propterea enim S. Hieronymus ad Nepotianum scripsit: Ne lucra sæculi in Christi quæras militia; nec plus habeas Sacerdos, quam cum Clericus esse cœpisti. Negotiatorem Clericum, & ex inope diuitem factum, quasi quandam pestem fuge, facile enim suam auaritiam, prauosque mores tibi affricabit. Ignominia omnium Sacerdotum est proprijs studere diuitijs. Quæ sententia non reprobatur Decimas, redditus, & stipendia Beneficiorum; sed cupiditatem diuitias ex eis congregandi. Ac propterea valde suspecta sunt desideria, quibus moderni ECCLESIASTICI cupiunt, ad pinguiora beneficia & præbendas promoueri; etiam si alias sufficientem habeant sustentationem. Si enim alia ratio & motiuum non adsit, quàm quod Episcopatus, aut præbenda sit pinguior; manifestum est ambitiosi animi indicium. Et quamuis desiderium illud obtegatur prætextu maiores elemolynas faciendi, si redditus sint ampliores: DEVS tamen DOMINVS noster penetrabit oculis suis, an sub ouina pelle, & simplici lateat animus lupi esurientis, ad suam explendam cupiditatem.

EX DICTIS sequitur tertium documentum ex doctrina Sancti Hieronymi, vt Ecclesiastici, reformatâ intentione in suis ministerijs, etiam reforment magno studio electionem mediorum, quæ adhiberi soleant ad sustentationem propriam, aut patrimonij sui augmentum: ita vt ab ijs omnibus abstineant, quæ speciem habent auaritiæ & negotiationis profanæ; nec vlli commercio aut occupationi sæculari dent locum in eo gradu, quo per Sacros Canones prohibentur: & quo magis ab eis recesserint; eò ipsi erunt perfectiores, poteruntque maiori cum quiete & pietate munia sua obire. Nam, vt Sacri Apostoli in quodam Canone dixerunt: nullus potest duobus Dominis bene seruire, & Christus ipse Dominus; f. *Non potestis Deo seruire, & mammonæ;* ac multò minus Deo & auaritiæ, & sacris Ministerijs, simul & negotijs profanis. Et vt S. Cyprianus notat, cum Sacerdotibus & Clericis præcipue loquitur Apostolus, cū ait: *g. Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus.* Dedecet enim Diuinis ministerijs mancipatos, pecuniæ seruire, & negociationibus sæculi implicari. *Non sæculi* (ait S. Augustinus) *sed eorum, quæ Dei sunt, negotiatores sumus.* Et cum Christus Dominus noster (vt aduertit S. Chrysostomus) *ieicit de templo negotiatores,* vt significaret, quàm procul à domo Dei tales negociationes esse debeant, propter magnam turbationem; quam adferunt; & quod vix absque fraudibus, prædis, alijsque iniustitijs & auaritijs exerceri possint; quantò minus volet, Ministros Catholicæ suæ Ecclesiæ, eis-

dem

*Epist. ad Nepotian. omnia habet; sed disiunctim.*

”  
”  
”

*21. qu. 3. per totam.*

*D. 86. c. Peruenis. Ca. no. 80.*

*f. Mat. 6. 24.*

*Lib. 11. Epist.*

*9. & refert.*

*21. q. 3. c.*

*Cyprianus.*

*g. 2. Tim.*

*2. 4.*

*Serm. 27. ad Fratres.*

*Homil. 38.*

*Impofit.*

*D. 8. 8. c. eii.*

*iens. & c.*

*quoniam ex*

*S. Augu. in*

*Pfal. 70.*



6 Psal. 70.  
5.

in eum locū.

Epist. 1. ad  
Iacobum.

Seff. 25. De  
creto de Re  
form. c. 1.

Tract. 5. c. 23  
ponitur tre-  
mendum  
exemplum

dem irretiri? & cum Dauid dixerit; h *Quoniam non cognovi literaturam* (sive negotiationes) *introibo in potentias Domini*; quasi diceret: quod ignarus essem rationum & computationum, commerciorum & negotiationum, illis omissis, accessi ad potentias Domini; quia, vt S. Augustinus explicat, huiusmodi occupationes ineptum hominem reddunt ad agendum cum Deo. Æquum igitur est, Sacerdotes & Ministros Euangelicos negotiationes illas deserere: siquidem ex officio debet intrare in sancta Sanctorum, & opera Diuinæ omnipotentiz considerare, & familiariter cum Deo suo agere, & horas Canonicas legere, fundendo orationes pro fidelibus omnibus. Et hoc nomine refert Sanct. Clemens, dictum sibi à S. Petro: multum refert, vt sine reprehensione viuas, & cum omni diligentia expedias te ab omnibus huius vitæ occupationibus: pro nemine fide iubeas, nec alicui in litibus patrocineris, nec in negotia secularia te ingeras. Non enim fecit te Deus iudicem causarum secularium, nec earum curam tibi iniunxit: ne fortè huiusmodi negotijs immerfus, non possis tuis ministerijs attendere.

## §. II.

**V**T ECCLĒSIATICI ab omni cupiditate sint magis expediti, necesse est, eos virili animo mortificare inordinatum ad consanguineos & cognatos affectum: ex quo non mortificato grauissima incommoda ac difficultates oriri solent: quod eos promouere & locupletare possint. Quod testatur S. Tridentinum Concilium, agens de Episcopis, & explicans: idem de reliquis Ecclesiasticis esse intelligendum; quam maxime (inquit) potest, eos sancta Synodus monet, vt omnem humanum hunc erga fratres, nepotes, propinquosque carnis affectum, vnde multorum malorum in Ecclesia Seminarium extat, penitus deponant. Quæ autem grauiora damna esse possunt: quàm eos facere quasi hæredes suarum dignitatum; aut illis, etiam si indignis, similes alias procurare, & quasi primogenituram in eis erigere; & vt eos locupletent, elemosynas pauperibus denegare; adeoque anxios de eorum promotione esse, quasi proprii essent filij? Ex quo ortum habuit decantatum illud carmen:

*Cum factor rerum priuauit semine Clerum:*

*Ad Sathana uorum successit turba nepotum.*

Cuius hic est sensus: cum Deus prohibuisset Clericos habere vxores, & filios procreare: Sathan, vt sui voti compos euaderet, loco filiorum illis constituit nepotes: qui non minus eos impediunt, & ab officio retrahunt, quàm si essent proprii filij. Quod si ob Dei obsequium matrimonio renuntiarunt, iurique filios procreandi: quanta stulticia est, curis nepotum & propinquorum carnalium ita sese implicare, vt eorum causa pereant? Mortificent igitur prauum huiusmodi affectum, memores eius, quod

Moyle

Moyſes de Leuitis & Sacerdotibus antiquis dixit: *a Qui dixerunt Patri ſuo, & matri ſua: Nefcio vos, & fratribus iuis: ignoro vos. & nescierunt filios ſuos. Hic uſtodiuerunt eloquium tuum, & pactum tuum ſeruauerunt.* Et in hoc ſenſu dixit S. Ambroſius: Cui portio Deus eſt, nihil debet curare, niſi Deum: ne alterius impediatur neceſſitatis munere. Hæc enim eſt vera Sacerdotis fuga, abdicatio domesticorum, & quædam alienatio chariſſimorum: ut ſuis ſe abneget, qui ſeruire Deo elegerit. Peculiari enim ratione ſibi applicandū debent illud Saluatoris: *b Si quis uenit ad me, & non odit patrem ſuum & matrem, & fratres & ſorores: non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Cū igitur Sacerdotes, & Eccleſiaſtici ſingulariter profiteantur ſe diſcipulos Chriſti: merito debent odiſſe carnis cognatos in eo gradu, quo illi ſunt impedimento, quò minùs ſui ſtatùs munia & obligationes impleant. Non tamen propterea negamus, naturalem obligationem propinquis ſuis ſubueniendi; ſi illi egeant, & quidem multò plus, quàm ijs, qui nullo propinquitatis iure ſunt iſtis coniuncti. Neque id prohibent Sacri Canones: ſed id tantùm commendant, ne titulo tantùm cognationis eis de bonis Eccleſiæ proſpiciant; ſed titulo tantùm propinquorum pauperum: talem in hac re moderationem adhibentes, ut non uelint illos locupletare cum detrimento uerorum pauperum.

VLTERIUS tamen progredi merito debet Eccleſiaſticorum perfectio: ut ſcilicet inordinatos etiam affectus ad corporis delicias, & ad pompas, ac mundi uanitates mortificent: eorum ſiquidem cauſa ualdè ſolet augeri cupiditas bonorum temporalium, & prauus eorum uſus: cum ſcilicet ea expenduntur in ſplendidis conuiujs, uſtibus, domeſtica ſupelleſtili, ſtipatione plurimorum domeſticorum; non Chriſtiano, ſed mundano ſplendore. Quod totum per Sacros Canones eſt prohibitum, ut inferius, cum agemus de Episcopis, dicemus. Sufficiet nunc id confirmare S. Bernardi grauibus, & ad rem noſtram accommodatis uerbis: uiuat Clericus de altari; ſed non ſuperbiat, non luxurietur, non ditetur. Non ſibi de bonis Eccleſiæ ampla palatia fabricet, mutans quadrata rotundis; nec loculos inde congreget; nec in uanitate aut ſuperfluitate diſpergat, non extollat de facultatibus Eccleſiæ conſanguineos ſuos, ſed dictum Apoſtoli ſeruet: *c Contenti ſimus habentes alimenta & quibus tegamur;* non quibus laſciuiamus, non quibus ſuperbiamus, non quibus mulierculis aſſimulaſtri; aut mundanis placere ſtudeamus. Quod totum parit cupiditas, eiùſque ſoror ambitio mundana; neque ſic honore, ſed ignominia afficiunt ſuam dignitatem: reddentes ſe filijs huius ſæculi ſimiles: ideoque locum in illis habet quod ſcriptum eſt: *d Erit ſicut populus ſic Sacerdos:* Quia Sacerdotes degenerant ad uitia miſeri populi; is uerò malum exemplum accipit à Sacerdotibus. Studeant itaque Eccleſiaſtici (ut ait S. Auguſtinus) ſi perfecti

*a Deut. 33. 9.  
Lib. de fuga  
Seculi c. 2.  
Et referitur  
2. q. 1. C  
Cui portio.*

*b Luc. 14. 26*

*S. Thom. 2.  
2. q. 33. a. 9.  
ex 8. Art.  
lib. 1. Offic.  
c. 30.*

*Tract. 7. c.  
14.  
in Decla-  
mat. ſuper  
id: Ecce no-  
reliquimus  
omnia. Co-  
lumna 7  
c. 1. Tim. 6. 8  
Epiſt. 2. ad  
Falconem.  
§ 4. 2. ad  
Henri Ar-  
chiep.  
d. Offic. 4. 9.  
Serm. 32. ad  
Fratr. D. 4.  
c. Episcopos  
& Trident  
Sess. 25. c. 1  
de Reforma*

esse volunt, gerere se tanquam pauperes, etiam si sint diuites; paucis contenti in proprias expensas, quo ad victum, vestitum, domesticam suppellectilem, & numerum famulorum; abscindentes quod superfluum est, & feliciores se ipsos iudicantes, quod poterunt paucioribus vitam suam ducere: ut plura supersint pauperibus distribuenda.

Et Hoc vltimum est in quo debent Ecclesiastici eminere: coniungentes paupertatem spiritus cum virtute liberalitatis & misericordiae, ad reparandas pauperum necessitates: expendentes in hoc, quicquid ipsis superest ex suis patrimonijs & redditibus, & nominatim Ecclesiasticis: qui non ipsorum sed pauperum sunt, exceptis ijs quae ad suam domum & familiam sunt necessaria; aut illud onus habent adiunctum, & arctiorem coniunctam charitatem, quam diuites saeculares, ad profusiores faciendas eleemosynas ex superfluis. Quod si non faciant, censentur infideles esse Christo Domino nostro, eiusque Ecclesiae contra fidelitatem, quam seruare tenentur; & confidentiam de eis conceptam, cum huiusmodi redditus eis traderentur, & committeretur ut egentium eissent protectores. Existiment: *e beatius esse, iuxta verbum Domini, dare quam accipere; & Equo gratis acceperunt gratis esse dandum.* Gratis enim beneficia acceperunt, & copiosos adeo redditus & eleemosynas, quas fideles Ecclesiae sunt largiri: reddant igitur liberaliter & gratis, quod ipsis superest, pauperibus: si enim: *g dederint, etiam ipsis dabitur; & qua mensura mensi fuerint, remetetur eis.* Si Sanct. Basilius, S. Ambrosius & alij S. Patres valde seuerè commendant diuitibus saecularibus, ut ex omnibus sibi superfluis eleemosynas indigentibus largiantur: quanto maiori seueritate id praestare debent Ecclesiastici? Fidelibus omnibus commendat Sanct. Augustinus, ut Decimas Ecclesiae soluant; alioqui fore reos coram Deo, propter damna quae pauperes patientur in magnis suis necessitatibus. Supponit enim: Clericos debere eleemosynas facere ex Decimis. Additque: ut ex nouem illis partibus fructuum illis remanentium, & expensis moderatis ad vitam ducendam, quod supererit, reponant per eleemosynam in thesauris caelestibus: quanto igitur magis id committet Ecclesiae Ministris, qui in eum finem suos accipiunt redditus? Ideoque concludit: quidquid nobis Deus, plus quam opus est, dederit: non nobis specialiter dedit; sed per nos alijs erogandum transmisit. Quod si non dederimus, res alienas inuasius. Quia non sumus fideles Domino, ea nobis largietur. Meminerint Ecclesiastici, illius h. Samaritani, qui incidit in pauperem illum a latronibus despoliatum & semivivum relictum, qui misericordia motus alligavit vulnera eius, infundens oleum & vinum, duxitque in stabulum, & ex pecunia, quam habuit, dedit stabulario, ut curam illius haberet, ac promisit; quodcuq; supererogaretur, se in reditu reddurum. Ex quo facto merito pudorem concipere debuerunt Sacerdos & Leuita, utpote crudeles erga eundem pauperem; nam transeuntes pro-

6 Act. 20. 35  
f Mat. 10. 8

g Luca 6. 28  
Serm. ad diuitios avaros  
in Luca 6. 1

Serm. 80, D  
refertur  
47. 6. Sicut  
Ser. 219. de  
109. 10. 10.  
S. Tho 2. 2.  
q. 23. art. 5.

h Luc. 10. 33

pè eū, nullā eius curā gesserūt. Vt ex hoc Sacerdotes ac Leuitæ nouæ legis, cæterique Ecclesiastici intelligant: debere se misericordiæ viscera induere erga pauperes; & ex pane, vinoque, quod domi suæ habent, & nummis sibi residuis subuenire debere fami, & aliis pauperum necessitatibus; & infirmis indigentibus prospicere. Id quod nominatim incumbit illis, qui curā habent spiritualibus necessitatibus prospiciendi. Ad quas reparandas viam præparant. si temporalibus necessitatibus subueniant.

Hæc sex sunt præcipua, in quibus debent Ecclesiastici eminere, circa bona temporalia, quæ habent: quæ tamen eadem fusius confirmabimus tractatu septimo, dum ea addemus, quæ ad Episcopos & Prælatos spectant.

## CAPVT X.

**CASTITAS PERPETVA ANNEXA EST ORDINI SACRO, & Statui Sacerdotali propter eius Ministeria: quæ ad eam conseruandam multum conserunt.**



**I**ANTA EST SACRI ORDINIS, ET STATVS SACERDOTALIS speciatim excellētia, vt Deus Dominus noster noluerit eum esse solum, sed bene stipatū.

Quamuis autē noluerit eos, qui in illo sunt Statu, obligare vt statui Religioso sese manciparēt, vt prædictū est: (voluit enim imbecillitati humanæ sese accommodare) non voluit tamen eosdem addicere se statui

coniugali; qui, etsi bonus sit, est tamen imperfectus; sed statui continentiar, qui Angelicus est, ac Diuinus, vt tractatu secundo tomi tertij est dictum: quem vt exaltaret, voluit voto castitatis ad eū solenni confirmari: vt, qui in eo statu sunt, eo ipso reddantur inhabiles, & inepti ad Statum matrimonij. Cū enim Sacerdotalis ipsa dignitas ita sit perpetua, vt sit impossibile, eam ex anima euellere: ideo expediebat, vt etiam continētia esset perpetua. Et hi duo status ad eū proprij Legis Euangelicæ, tanquā duo germani fratres coniungerentur. Vt enim ipse Christus Dominus dixit: *a non mittitur vinum nouum in vres veteres, qui facile rumpuntur, & vinum effunditur: sed vinum nouum in vres novos mittitur, & ambo conseruantur.*

Mat 9. 17

Quare noua Sacerdotij Euangelici dignitas, quæ musti instar semper feruentis, nouam quandam & feruentem exigit vitam: non debuit cum antiquo & veteri matrimonij Statu coniungi, qui per multas partes rumpitur, & in multas curas distrahitur; sed cum nouo Statu continētiæ, quæ ad eum vitæ feruorem conseruandum plurimum conferret. De Sacerdotibus Aegyptijs dicit S. Hieronymus, quod postquam Deorum suorum seruitio sese mancipabant, vivebant in templo cum magna continētia: ad quam perfectiū conseruandam, abstinēbant à carne & vino; erantque valde temperati: iudicantes, Statu Sacerdotalem non

ib. i. adu. Iulianum

debere familiaritate cum fœminis, aut bonorum temporalium curis maculari. Quânto igitur magis Evangelici Sacerdotes debent ab huiusmodi oneribus esse liberi, ac expediti? siquidem proprium onus sufficit pro humeris Angelorum: ac proinde magis sufficit humeris humanis. *Gratus est pondus sacerdotis*, ait S. Gregorius: & plurimùm præstiterit, qui solus illud portauit absque onere matrimonij, quod per seipsum est importabile, & ægerimè potest cum altero iustineri. Et quamuis ipse continentia status sit grauis, propter pugnam, quam caro contra spiritum gerit: ipsum tamen Sacerdotium plurimis auxilijs & viribus, quas à Deo accipit, illud leue reddet ac suaue. Et huic veritati innititur S. Concilij Tridentini Decretum aduersus hæreticos huius temporis, quo approbat Ecclesiæ Romanæ morem antiquissimum à tempore Apostolorum, ex quorum traditione (vt constat ex ijs quæ Gratianus in Decreto refert) introductum est, vt Episcopi, Sacerdotes, & qui ordine Sacro sunt insigniti, perpetuam seruent continentiam. Nam si in primæua Ecclesia ob defectum Ministrorum eligebantur ad hos status aliqui coniugati: illi ab eo tempore perpetuam seruabant castitatem: quod si cohabitabant, erant quasi germani fratres. Vt plurimùm tamen, vt ait S. Epiphanius, eligebantur ex statu virginum; aut vitam ducentium solitariam & eremiticam; aut certè qui coniugati non essent; quo securior esset continentia, quæ valde necessaria erat ad Statum Sacerdotalem, vt eius ministeria rectè exercerentur.

## §. I.

I.

PRIMUM valde repugnat matrimonij præcipuo Sacerdotij Ministerio, quo offertur Deo purissimum corporis & sanguinis immaculati agni sacrificium; fitq; particeps preciosissimi cibi, & potus qui sub speciebus panis & vini offertur. Quare tam propter ipsam oblationem, quam propter cibum, qui esse debet panis quotidianus, necessaria est continentia. Si enim antiquæ legis Sacerdotes, vt perpendit Origines, quo die ministeria sua exercebant, aberant à domo sua, & separabantur ab vxoribus, vt continentiam seruarent: vt apparet in a Zacharia S. Ioannis Baptistæ Patre: multò magis erit rationi consentaneum, vt legis Nouæ Sacerdotes sint semper continentes, & nuptijs omnino renuntient. Eorum enim ministerium non per sortes, aut familias est distributum, sed omnes sunt semper dedicati ad continuum & quotidianum castissimæ Christi Domini Nostri carnis sacrificium offerendum.

2.

NOLUIT Achimelech Sacerdos Dauidi eiusq; Socijs dare panes Propositionis, donec intellexit, eos continuisse se à proprijs vxoribus. Quânto igitur magis (ait S. Hieronymus) perpetuam hanc mundiciem, & continentiam habere debent sumentes panem vitæ, qui illos alios æquè excedit, atque

corpus

Lib 2. Epist.  
c. 39.Sess. 24. c. 9  
Dist. 27. c. 28  
Canisius  
de Sacro  
matrimonio  
q. 5.  
Bellarm. lib.  
1 de Clericis  
c. 19.  
H. ref. 59.  
Et in com-  
pendiaria  
vera do-  
ctrina.Homil. 23  
in Numer.  
Et Beda in  
Lucam.  
a Luc. 1. a 3.b. 1. Reg. 21. 4  
1. Epist.  
ad Titum.

corpus vmbrae, & veritas suam figuram? Non est Christi Domini nostri Sacerdotium secundum ordinem Aaron, quod communicabatur per successorem à parentibus ad filios: ac propterea omnes erant coniugati; sed est secundum ordinem c *Melchisedech Sacerdotis Dei Altissimi, qui ei offerebat Panem & vinum*; de quo dixit Apostolus, (vt supra retulimus) quòd fuerit *sine Patre, sine matre, & sine genealogia*: & eadem ratione dicere licet, neque uxorem habuisse, neque filios. Et S. Ignatius Martyr ait, eum fuisse virginem? ad significandum filium Dei, quem ille referebat; & Sacerdotes Nouæ eius Legis adeo expeditos futuros à prolapia & genealogia carnali, vt vitam suam ita ducerent, quasi nihil tale haberent. Quod si prius coniugati fuissent, deberet in eis (vt S. Leo Papa perpendit) locum habere, quod dixit Apostolus; d *Qui habent uxores, quasi non habentes sint*; & ita exactè Castitatem seruent, quasi nullæ scæminæ in mundo pro illis essent, habentes cor suum & omnem affectum valde ab eis auulsum.

SACERDOTES, (ait Innocentius secundus Pontifex) cum sint tēplum, & vasa Domini; & sacrarium Spiritus Sancti debeant esse ac dici, indignum est eos cubilibus & immunditijs etiam in matrimonio deseruire. Templū Dei purum esse debet ac Sanctum, ita vt in eo nulla sit macula. Et quemadmodū Apostolus oēs monet fideles, vt cum e *corpora eorū mēbra sint Christi, & templum Spiritus Sancti, ne ea faciant membra meretricis*; nam qui adhaeret meretrici, unum corpus efficitur: ita dicere possumus Sacerdotibus, quòd, cum per excellentiam habeant esse templum viuum, in quo implet Christus quotidie corporaliter habitat, tanta puritate ornatos esse decet: vt cum nulla scæmina vnum corpus efficiantur: neque rationi consonum est, diuinos esse eos, qui omnino & plenè Saluatoris obsequio sese addixerunt. Non debent templa prophanis vsibus occupari: nec permittit ipse redemptor noster f *vendi in templo etiam animalia, quæ in Sacrificijs offerebantur*; sed voluit illa exterius vendi: sola verò Sacrificia in templo offerri. Multò igitur minus viua Christi templa & Sacerdotes, qui viuum cælestis eius corporis Sacrificium offerunt, infici debent aliqua macula terrena; vel alligate se alicui creaturæ, quæ ipsos diuidat à creatore. Leuitis dixit Isaias: g *pollutum nolite tangere: mundamini qui fertis vasa Domini*. Si igitur qui Sanctuarij vasa portat, mundus esse debet: quantò magis mundum esse decet portantem vas reliquiarum, in quo Sanctus Sanctorum ponitur, eumque ab vno in alterum locum portat, ad communicandum sanos & infirmos? Non sufficit quæuis puritas ad opus adeò grande: plus enim puritatis meritò exigitur à Sacerdote, quàm à plebe. Et quid interesset, ait S. Ambrosius, inter Sacerdotem Dei & communem plebem, si eadem matrimonij lege omnes tenerentur? Debet præponderare vita Sacerdotis, si cut præponderat gratia: ne fortè aliàs tangat illum imprecatio illa Osee

3

c Heb. 7. 3.

Epist. ad Philad.

Dent. 33. 9.  
Epist. 84. aa  
Anastasium  
Epist. c. 4.  
d 1. Cor. 29.

cc

4  
" vide Ca.  
" nisi c. de  
Sacram.  
matrim. q. 5  
et. Cor. 6. 15

f Ioan. 2. 15.

g Isa. 52. 11.

f

Epist. 82. ad  
Vercell.  
Ecclesi.

*h* Hom. 17. in  
Euangel. a  
2. p. pa-  
storal. c. 7.

Prophetæ: *h* *Et erit sicut populus, sic Sacerdos.* Tunc (ait S. Gregorius) Sacerdos est sicut populus, quando eius vitæ ratio non præstat, aut excellit ordinariam vulgi occupationem. Quod eueniret, si vxorem haberet. nam tunc sicut reliquus populus, ita & ipse viueret.

*Malach.*  
2. 11.

*k* Zach 9. 17

Ex eisdem rationibus deducere licet, quanta Sacerdotes habeant auxilia, ad Castitatem, quam profitentur, conseruandam. Nam admirando quodam modo, castitatis puritas disponit ad frequentandum Sacrum Sacrificium, & communionem; & hæc frequentia castitatem ipsam conseruat, ac perficit: cum enim Christus Dominus noster Sacramentaliter, & spiritualiter animæ Sacerdotis coniungitur: ad eam illam accipit in suam, vt horrorem quendam illi adferat, alicui creaturæ se coniungere. Quem admodum enim per Sacerdotij Sacramentum, specialem ei gratiam largitur, ad hoc Sacrificium dignè offerendum: ita eodem ipso Sacrificio, quod offert, eandem gratiam sensim conseruat, & auget: vt ipsa eius dignitas, & puritas etiam magis crescat. Quare Malachias Propheta per excellentiam vocat eam; *i oblationem mundam.* Non solum ob summam mundiciem, quam ipsa oblatio in se habet; sed propter eam etiam, quam offerenti vt oportet, confert. Reddit Dominus noster fideliter præmium eius, quod pro ipsius amore fit; valdeque liberalem se ostendit in eos, qui in eius seruitio sunt liberales: cumque Sacerdotes liberaliter ei offerant votum castitatis, quod maiori cum puritate diuinum hoc sacrificium ei offerant, prompta & parata vt dicitur, solutione ipsomet Sacrificio ei soluit: conseruans ac perficiens eorum votum: vt illud maiori cum iucunditate impleant, sui que ministerij fructibus maiori cum abundantia fruantur. Quod si qui versatur cum ijs, qui castè viuunt, sit castus, eorum exemplo edoctus: quomodo non castus euadet, qui quotidie cum castissimo lecta versatur, & castissimam agni huius carnem sumit? cuius virtus est omnipotens, ad castificandum eum, qui ipsi coniungitur. Nec sine causa Zacharias Propheta, loquens de hoc Sacramento sub speciebus vini, illud appellat *k* *vinum germinans virgines.* Quamuis enim etiam in specie panis (sub qua omnes Laici Christum suscipiunt, quia reuera sub illa integer Christus continetur) etiam generet virgines; id tamen tribuitur speciebus vini, quas soli sacerdotes suscipiunt: quia hos peculiariter inebriat vino amoris cœlestis; & purificat à carnali.

§. II.

**S** E C V N D V M Sacerdotum ministerium proprium est, orare semper pro se & pro peccatis populi. Quod implent tum in Sacro Missæ, eiusque orationibus; tum in officio Diuino, quod septies in die peragunt.

disti-

distriburum in septem horas Canonicas; ac denique oratione ac meditatione priuata & recollecta, quæ plurimum confert, vt & ipsam Sacram, & officium Diuinum exactè & cum spiritu peragantur. Ad quæ omnia valde fuit necessarium, vt perpetuo Castitatis & continentia voto se obstringerent. Si enim Apostolus a coniugatis suadet, vt ex mutuo consensu ad tempus sese contineant, vt vacent orationi: necesse est (vt ait Sanct. Hieronymus) Sacerdotes semper esse b continenter: Sacerdoti, inquit, cui semper pro populo offerenda sunt Sacrificia, semper orandum est: ergo semper carendum est matrimonio: cum curis enim & laboribus coniugatorum (propter quos Apostolus indicat, hominem esse diuisum) non poterunt huic obligationi satisfacere. Constat Deum, cum descendere vellet ad loquendum cum populo Israel, iussisse, vt c vestimenta sua lauarent, & non appropinquarent vxoribus suis. Quantò igitur magis (ait Sanct. Ambrosius) necessarium erit, mundum esse spiritum, & lotum corpus, ad agendum cum Deo, & ita frequenter colloquendum, cum supremum hoc Sacrificium ei offertur? Quod si Dominus noster (ait Origenes) inbebat Sacerdotes antiquos offerre ipsi quotidie mane & vespere Sacrificium agnorum, quod significabat Sacrificium agni immaculati; & continuum incensum, quod est figura continuæ orationis, de qua dixit Dauid: d Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: elenatio manuum mearum Sacrificium vespertinum: Satis clarè apparet: Sacerdotes nouæ legis, nisi voto castitatis se obstringant; non posse dignè offerre quotidie hæc duo Sacrificia. Sacerdos quidam Atheniensium, nomine Hierophantes adhibebat herbas & vnctiones, ad carnis insultus reprimendos, vt solennes saltorum suorum Deorum caremonias castus & mundus exercebat: At Sacerdotes Christi non indigent alijs herbis, nec vnctionibus, quàm Dei amore, vnctione deuotionis, vitæ æternæ promissione, & magna sui ministerij æstimatione, ad puritatem conferuandam: quam eorum status exigit.

De Moysè ait Sanctus Epiphanius, quod postquam Prophetæ officium fuit auspicatus, non amplius accessit ad suam vxorem, nec genuit amplius filios. *Hebebat enim vitam Domino vacantem.* Et quomodo potuisset tot diebus ac noctibus in monte Sina consistere; & spatio tot annorum semper esse paratus ad loquendum, & familiariter cum Deo agendum, suoque Sacerdotio & mysteriorum, quæ discibat, declarationi attendendum, si sui coniugij operibus & necessitatibus fuisset occupatus? Qui debet cum Deo frequenter agere, (ait S. Dionysius) debet esse *similimus Deo*: quisque enim cum sibi simili agere gaudet: & virginitas, vt supra diximus, eleuat homines ad perfectam in carne & spiritu similitudinem cum Deo: ac proinde debet esse propria Sacerdotum: quorum professio est familiariter agere cum Deo Domino suo.

a 1. Cor. 7. 5

1  
b Titi. 1. 8.  
Lib. 1. contra Iovinianum  
S. Epiphanius  
Hæresis 59.  
D. 1. c. 6. Sacerdotibus  
ex Beda.

2  
c Exo. 19. 14  
Lib. 1. Officiorum  
c 20.  
Homil. 23.  
in Num.

3  
d Ps. 140. 2

4  
Idem in lib.  
7. in Celsum  
de Herba  
cicutina.

Hæresis 78.

Epist. 8.



In quastio-  
nib. Mino.  
rib. c. vit.  
ad fi.

e Eccl. 9. 8  
Lib. 1. con-  
tra Iosunia  
In exhort.  
ad Virg.

f 2. Cor. 10. 3

g Prou. 6. 27

SACERDOTES (ait S. Augustinus) referunt Christi personam, cuius vices gerunt in terra, ad orandum & sacrificandum pro peccatis populi: ac proinde mundiores ac puriores esse debent cæteris hominibus, vulgari enim homini non est indecens vestis attrita, aut non satis munda: nullum autem ad ministrandum Imperatori accedit, nisi in habitu precioso, ac mundo. Cùm igitur Deus sit ipsa mundities, & puritas: par est eius Ministris puros esse ac mundos in animo & corpore: quæ mundities plurimum illi placet. Ac propterea dixit Ecclesiastes, vt supra retulimus; *vt e* *Omni tempore eorum vestimenta essent candida:* per candorem autem intelligi perpetuam castitatem, declarant S. Hieronymus & S. Ambrosius.

DENIQUE inter sensuum voluptates nullum spiritum magis frædit, & inficiunt, quàm voluptates carnis: ac propterea valde conuenit, Sacerdotes ab eis abstinere, & coniugijs renuntiare: vt spiritus expeditus maneat, & excitatus in agendo cum Deo, & in reliquis officij sui occupationibus. Ad hoc ipsam autem non parum eis confert Sacerdotium, & gratia quam illud communicat; & præsentia ipsius Domini, quem in Sacrificiis offerunt: qui eos docet, & impellit ad orandum, vt oportet. Castitas remouet illis orationis occupationes; & ipsa oratio illos animat, ad seruandam Castitatem; & si ipsi Sacerdotes feruenter se quotidie munirent deuplicibus his armis, Missæ & Orationis: illæ solæ sufficerent ad Castitatem ab horrendis suis hostibus propugnandam; & quasi duæ alæ à terra eos ad cælum eleuarent: vt *in carne ambulantes non secundum carnem militent;* sed eam feruore spiritus strenuè mortificent. Magram huius rei fidem facient nobis duo sancti Episcopi, de quibus refert Sanct. Gregorius Turonensis, quod cum essent in matrimonio electi ad Episcopatum, statim se ab vxoribus separauerint; & continentiam iuxta sacros Canones, & illius temporis consuetudinem professi fuerint. Alter, qui vocabatur Simplicitus, vivebat in eadem domo & eodem cubiculo cum coniuge, tanquam cum sua sorore. Cùmque populus inciperet murmurare, omnibus impossibile existimantibus, vt ita simul manentes castitatem seruarent; & *igne in se* *abscondito vestimenta non arderent:* Sancta mulier, lux & Sanct. Episcopi puritatis bene conscia, sed anxia valde ob ea, quæ spargi audiebat, cum esset quadam die in Ecclesia, in præsentia totius populi accipit ex prunario, quod propter frigus ibi ardebat, aliquot accensas prunas nuda manu in qua per integram horam illas illæsa retinuit; & statim accessit ad ipsum Episcopum, dicens: accipe Domine ignem hunc mollem in signum, quod luxuriæ ignis in nobis sic extinctus. Quo facto omnes obstupuerunt illud prodigium; & crediderunt puritatem, quam per illud Deus aperuerat. Alter Episcopus appellabatur Felix: cumque eius socia & coniunx grauitate ferret illam à se separationem, eò quod nec ad suum cubiculum illam

admitteret

admitteret: suspicari cœpit, se ab illo odio haberi; ac ita deseri, vt alteri alicui coniungeretur. Ex qua suspicione accessit occultè ad cubiculū, in quo S. Episcopus dormiebat: vt, quid ille ageret, obseruaret: & per rimulam vidit agnum immensi splendoris dormientem iacere in sinu viri dormientis in suo lecto: quæ glorioso aded aspectu obstupefacta, omnem deposuit suspensionem; & intellexit, quàm exactè Deus seruet verbum suum manendi semper cum seruis suis, præcipuè si casti illi sint; conseruans præsentia sua illorum puritatem, & candorem quem ipsi obtulerunt.

## §. III.

**T**ERTIVM Sacerdotum ministerium est filios spirituales Deo gignere per ministeria confessionis & prædicationis, & ipsam Ecclesiam gubernare. Ad quod valde necessaria erat perpetua continetia; & omnino carnales nuptias auerfari: quæ non benè conueniunt cùm spiritualibus, quarum fructus sunt horum filiorum generatio & educatio, coniungente se anima Sacerdotis eum sponto suo Iesu Christo; cuius virtute conuertunt animas, eisque & Esse & vitam gratiæ communicant: & ob eam causam valde expediebat, eos liberos & expeditos esse à cura vxoris & carnalium filiorum; vt liberè sequi possent agnum quocunque iret; & quocunque ille eos ducere vellet: conculcantes proprias commoditates, vt proximis beneficerent. Quod non possunt bene facere coniugati, cùm de quodam legamus, quod inuitatus ad cœnam magnam, quam Deus præparauerat, non solum rogauerit, vt excusatum se haberet, quod alij eius socij fecerant; sed impossibilitatem veniendi adduxit, dicens: *a Vxorem duxi, & ideo non possum venire*: amor enim vxoris ita illum alligauerat, vt nullas ei vires, & facultatem reliquerit sese expediendi, & accedendi ad cœnam. Qui igitur ab his vinculis exsoluere se non poterat, vt iret ad illud conuiuium, ex quo tantum commodum & vtilitatem accepisset: quomodo soluere se potuisset, vt alios vocaret; & vt irent, exstimularet: alienis scilicet curis seipsum onerando, & tanquam proprias accipiendo.

ERAT præterea magni momenti duas has Respublicas, Ecclesiasticam & sæcularem ita diuisas esse, vt quælibet ijs attenderet, quæ ad proprium Statum pertinerent. Sæcularis cùm Sacramento matrimonij attenderet nutriendis filijs in esse naturali, quo ipsam Ecclesiam auergerent; Ecclesiastica autem cum Ordinis Sacramento attenderet enutriendis filijs in esse spirituali, vt sint eiusdem Ecclesiæ viua membra. Sæcularem necesse est multis culpis esse implicatam, ob iniurias multas in Regem cœlestem quibus eum ad iram & vindictam prouocat; Ecclesiastica autem in id tantum attendit, vt Sæcularem Deo reconciliet, culpasque eius auferat: quæ illius iræ sunt causa, Propterea enim dixit Dominus per Oseam; *b peccata populi*

\* Luc. 4. 20

b Osee. 4. 8.

Ribera ibi.

Epist. 2. refer-  
tetur 1. q. 1.  
c. Ipsi Sacer-  
dotes.Homil. 17 in  
Euangelia  
Ep. 2. p. Pa-  
stor. c. 7.Bernardus  
serm. 77. in  
Cant.

mei comedent. Quemadmodum enim qui cibum sumit, illum consumit ac dissoluit: ita sacerdotes (ait S. Alexander Papa & Martyr) ratione officij sui consumere ac dissoluere debent peccata populi: ac proinde expedit eos non esse partem eius; sed vitam habere puriorem & excellentiorem, quam illi: alioqui volentes comedere peccata populi, ut ea consumant; comedent potius, ut ait S. Gregorius, detestando alio modo, ut illa in propria vilcera traiciant, & fiant eorum participes; & tunc eveniet quod Prophe- ta addit; *Sicut populus sic Sacerdos*. Sunt enim moribus similes illis; quia mu- tatio comedunt & bibunt aliorum peccata. Ad remouendas igitur tanta- inordinationis occasiones, & causas; attendat populus coniugijs suis, & temporalibus negotijs; Sacerdos autem sit ab utriusque expeditus, ut possit proprijs ministerijs attendere.

## CAPVT XI.

*QVAM ARCTE TENEANTVR SACERDOTES CASTITA-  
tem exacte custodire; & quam sint graua peccata eorum contra illam; &  
quales poena, nisi lapsi resurgant.*

2  
a Eccles. 4.  
12.Tom. 3.  
tract. 1.b Exod. 28.  
39.Vatabius  
& alij quos  
refert. Et se-  
quitur Vica-  
rus in c. 14.  
Apo. Sa-  
ctio 2. licet  
Ribera lib.  
c. 7. non  
probat.

**P**VNICVLVS QVIDEM TRIPLEX, QVI DIFFICILE RUMPITVR, Sacerdotes cum virtute castitatis col- ligat, præceptum scilicet naturale non fornicandi, quod est omnibus hominibus commune; solenne castitatis votum, in quo conueniunt cum Religiosis; & celsitudo ipsius dignitatis Sacerdotalis, & ministeriorum, quæ illi obeunt: quæ dignitas clamat, exoptans corporis, & animæ mundiciem, sitque illi grauis iniuria, si turpi adeo culpa, & horrendo sacrilegio defædetur. Quilibet horum funiculorum sufficere deberet, ut eo ligata castitas, tuta esset ac secunda: cum igitur omnes tres coniungantur, quis audebit manus suas admouere, ut frangere tenter, conculcando triplicem hanc obligationem? Adeo tamen est debilis & præua nostræ carnis inclinatio & propensio, tantus que astus & rabies Dæmonis, ut facile quilibet funiculus rumpatur, nisi ipiritus noster Dei gratia & auxilio præueniatur, adhibita ex parte nostra summa dili- gentia, ac vigilantia in custodiendis Regulis ac monitis superi us in tractatu de continentia positus: quæ valde proprie respiciunt Sacerdotes, & Eccle- siasticos, ut ibidem fuit dictum. Nec mysterio vacat ad rem nostram, quod Dominus noster iusserit, Sacerdotes antiquos tempore sacrificij *brindere tunicas lineas*, quæ tegerent totum corpus, vsque ad pedes: quas aliqui Doctores existimant tali arte fuisse contextas, ut apparerent figuræ mul-

te oculorum. Que tunica (vt ait Beda) significabat castitatem & puritatem, quā Sacerdotes debent in omnibus suis ministeriis & actionibus magna cū perseuerantia vsque ad vitæ finem seruare. Indigent tamen mille oculis ad hanc custodiam, eò quòd mille vijs impugnetur & interdum in ipsismet ministerijs struit Sathanas laqueos ipsis confessarijs, & alijs, qui iuandæ & promouendæ animarū saluti student, vt diceretur cū de eis agemus. Et quamuis continentia ex seipsa videatur tunica angusta, & aspera ipsi carni: necesse tamen est, eam adhuc amplius constringere aliquo abstinentiæ, ac pœnitentiæ corporalis exercitio, & cautela attentiori, quàm sit ordinaria: nam etiam hoc totum videbitur modicum, si respiciamus ad puritatem Statû eorum, & vt à tanto periculo liberentur.

§. I.

**P**LVRIMVM ad hoc conferet, quòd Sacerdotes exactè agnoscant malitiam & fœditatem huiusmodi peccatorum. *In primis* enim si ipsius matrimonij vsus, qui ex se sanctus est, ad eò obfuscat Sacerdotij puritatem, vt Ecclesia voluerit illa esse separata, vt prædictum est: quantò magis (ait S. Augustinus) deturpabit vitium fornicationis; & quodcunq; aliud carnale peccatum, quod ad eò grauius Dei Maiestatem offendit? Et, si Apostolus ad eò fœdum reputabat hoc vitium in Sæcularibus hominibus, vt eis diceret: *a nescitis quoniam corpora vestra membra sūt Christi? tollentes ergo membra Christi, facietis membra meretricis? abst. An nescitis, quoniam qui adhaeret meretrici, vnum corpus efficitur? Quantò igitur detestabilior erit SACERDOTIS improbitas: qui cū sit pars & membrum ad eò præclarum CHRISTI, sese vili ad eò & fœtido cœno coniungit? Quod si adeo est graue Sacrilegium, & spirituale adulterium transgredi votum castitatis; etiam si, qui illud frangit, sit sæcularis, vt suo loco est dictum: quid erit in Sacerdote speciali consecratione mancipatio, oblequio Diuino? Si grauisimum est Sacrilegium, templum Dei violare perpetrando hoc peccatum in loco Sancto: quantò erit grauius, cū, qui illud admittit, consecratus est, viuumq; Dei templum; in quod quotidie Deus ingreditur; & ipse eum in suis accipit manibus, ore exosculatur, & in suum pectus immittit? O Sacerdos (ait S. Hieronymus) dic quisquis fueris: quando Sacramentum sumis; qualiter cum ijs labijs filium Dei oscularis: quibus osculatus es labia meretricis? O Iuda, filium hominis osculo tradis? hic illum tradidit in manus crudelium hostium; vt eum calcarent, & cruci affigerent: tu autem eundem tradis peccatis carnalibus, inmanioribus eius hostibus, quàm illi fuerint; & tu ipse eum calcas & crucifigis.*

In te (ait S. Chrysostomus) diriguntur horrendæ illæ minæ Apostoli dicentis:

L 2

dicentis:

Tract. 3 c. 8

1

Serm. 17. ad Fratres,

2

1. Cor. 6. 15

3

4  
Epist. ad Sacerdotes.

Hom. 20.

b Hebr.  
10. 29.

dicentis: *b* *Quantò deteriora supplicia promerebitur, qui Filium Dei conculca-*  
*uerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, &*  
*spiritui gratiæ contumeliam fecerit, cuius gratia ibi erat communican-*  
*da? Tu autem, ô miser & infelix, es, qui carnis tuæ voluptatibus ita irre-*  
*uerenter Dei Filium, eiusque pretiosissimum sanguinem tractas, quasi il-*  
*lum conculcares ac pollueres: quamobrem horrendis suppliciis di-*  
*gnum te facis. Eleuas sacram hostiam, in qua filij Dei cælo exi-*  
*stit, vt ab aliis adoretur: tu verò illam conculcas? Eleuas Calicem pre-*  
*ciosissimi sanguinis, vt omnes eum venerentur: & tu eundem contemnis?*

b Malach.  
1. 7.

Tu præbes plebi spiritum gratiæ per Sacramenta: & tu contumeliam ei  
faci? Audi quid idē *b* *Dominus dixerit, conquerens de hac iniuria: ad vos, O*  
*Sacerdotes: qui despiciatis nomē meū, & dixistis: in quo despeximus nomē tuū? offer-*  
*tis super altare meum panē pollutū, & dicitis: in quo polluimus te? Nō polluitur i-*  
*psum sacrificium, nec panis Sanctus in se, etiamsi Sacerdos improbus &*  
*pollutus sit, qui illum offert; sed (vt S. Hieronymus ait) quantum in le-*  
*est, illum polluit & profanat, quatenus eum cū sordibus & immunditiis*  
 *suis coniungit. Sed nunquid talis temeritas impunita manebit? Si inebat*

isidem.

c Leuiti. 21.  
9.  
Lib. 6. de  
Sacerdotio.

Deus: *c* *Sacerdotis filiā d. prehensā in stupro, violasse nomē Patris sui, flammis exuri-*  
*quantò magis (ait S. Chrysostomus) similē pœnā promerebitur Sacerdos*  
*in eandem lapsus culpam: qui magis violat, & maiori ignominia afficit Sa-*  
*cerdotalem dignitatem; quàm filia eius eam afficeret? Quamuis autem*  
 *talis Sacerdos in hac vita flammis non exuratur: exuretur procul dubio*  
 *flammis inferni, nisi pœnitentiam fecerit tempestiuè. Nec in hac quidem*  
 *vita deerit seuera punitio, vt apparet in sceleratis illis Sacerdotibus filijs*

d 1. Reg. 2.  
22.

7  
Heli; *d* *qui dormiebant cum mulieribus, quæ obseruabant ad ostium tabernaculi:*  
propter quod, & alia eorum scelera, talia supplicia minatus eis est, vt  
*quicumque ea audiret, tinnirent amba aures eius. Sed ne silentio prætereamus*

8  
uersu. 13.

aliud peccatum gulæ, quod voluptates carnis improborum illorum Sa-  
cerdotum comitabatur. Eorum enim *puer*, ipsis iubentibus, *nolebat accipere*  
*carnes coctas animalium quæ offerebantur in sacrificiis, sed vi crudas acci-*  
*piebat, vt eas ad palatum Dominorum suorum coqueret, & condiret. Quis*  
*autem est hic carnalis Sacerdotis puer, nisi amor proprius, & inordinatus*  
 *sensuum appetitus? qui auente libera voluntate, quærit cibos sibi ali-*  
*às non debitos: quos iuxtà suum palatum præparat, etiam conculcato Dei*  
*gustu & palato: vt suum expleat. ex qua gula gradum sibi facit ad luxuri-*  
*am, violans suam dignitatem vili aded, infamique comite. Iure optimo*  
 *talibus Sacerdotibus obiici potest illud Apostoli: e non potestis calicem Do-*  
*mini bibere, & calicem Demoniorum: nec potestis mensa Domini participes esse &*  
 *mensa Demoniorum. & quodnam maius esse potest scelus, quàm accumbe-*

e 1. Cor. 10.  
20.

re quotidie mensæ Christi, & purissimam eius carnem comedere, ac pre-

ciosissi-

ciouissimi calicis sanguinem bibere : & simul absidere mentæ Dæmoni-  
 orum, eiusque calicem haurire, sectando gulam, & ebrietatem & luxu-  
 riam infamem? Oportet (inquit S. Augustinus suis præbyteris) manum  
 mundam esse, quæ polluti vasis maculas debet purgare: ne polluta, dete-  
 riùs possit coinquinare, cum sordida sordidum tractat. Propterea Sacer-  
 dotes Altissimi Dei, vobis dicitur: *mundamini, qui fertis vasa Domini.* g  
*Exhibemus* (inquit Apostolus) *nosmetipsos sicut Dei Ministros in ieiuniis in*  
*castitate:* coniungendo vtramque hanc virtutem, eò quòd altera alteram  
 valde iuuat, ac foueat, castitas faciet nos Deo gratos, & Angelis similes,  
 supra cælos ipsos auolare: sine qua non poterimus nostra ministeria mun-  
 dè peragere. Hæc est illa sancta virtus, quàm complecti nos docet Apo-  
 stolus, dicens: *h fornicatio & omnis immunditia nec nominetur in vobis.* Ne  
 mens nostra colloquiis malis possit corrumpi. Ideo, fratres, attendite,  
 quod non solum à vobis remouenda est fornicatio, sed etiam omnis sus-  
 picio falsæ. Non decet Clericum cum mulieribus federe, vel fabulari, vel  
 domus earum frequentare, ne suspicio mala inde progrediatur. O quam  
 vilis, ô quam miser & pusillanimis reputatur Clericus qui frequenter cum  
 mulieribus conuersatur! insipiens valde est, & inexpertus, qui amicitias  
 mulierum procurat. Et idèd vos qui estis lux mundi, & ciuitas in monte  
 situata, sic famam vestram custodire debetis: vt non erubescant de detra-  
 ctoribus laudatores: hoc est: ne qui vos suspiciunt & laudant, erubescant,  
 cum aadiunt mala, quæ alij de vobis referunt. Hæc omnia documenta  
 sunt S. Augustini, & ea sunt explicata in loco superiùs allegato.

Ea nunc aliquibus exemplis confirmabimus, quæ vitium hoc reddant  
 nobis magis detestandum. S. Gregorius refert de septem Episcopis, qui  
 carentes lingua (Tyrannus enim quidam linguas eis amputauerat) loque-  
 bantur, & poterant Sacrum Missæ celebrare. Quorum vnus, cum lapsus  
 esset in fornicationem, non potuit ampliùs loqui, & ita mansit inhabilis  
 ad hoc diuinum Sacrificium offerendum. Palladius etiam refert, venisse  
 ad S. Macharium Sacerdotem quendam, capite à cancro deuorato, & ore  
 in posteriorem partem inuerso, cù quadam horrenda deformitate, ac do-  
 lore maximo; & orasse ipsum Sanctum pro sanitate recuperanda. Qui  
 Sanctus, ne aspicere quidem illum voluit sed cum ipsemet Palladius pro  
 eo intercederet, respondit ei Sanctus: indignum illum esse tali sanitate, &  
 iuste ea pœna puniri: eò quòd post lapsum in fornicationem, Sacrum  
 Missæ celebrasset. Quod si vis, inquit sanitatem ei restitui, persuadeas, vt  
 nunquam ampliùs Missam celebret. Infirmus iurauit, se nunquam cele-  
 braturam: cui S. Macharius: credis esse Deum, cui nihil sit occultum, &  
 quem decipere non possis? Cumque ille responderet, se id credere: iussit  
 Sanctus, vt peccatum suum confiteretur; & statueret, firmiterque propo-

9  
 Serm. 36. ad  
 Fratres.  
 f. 1. ai. 52. 11.  
 g 2. Cor. 6. 6

”  
 ”

”  
 ”

”  
 Serm. 37.  
 g Ephes. 5. 3

”  
 ”

”  
 ”

”  
 ”

”  
 ”

”  
 ”

”  
 ”

”  
 ”

”  
 ”

”  
 ”

”  
 ”

”  
 ”

”  
 ”

”  
 ”

”  
 ”

”  
 ”

”  
 ”

”  
 ”

”  
 ”

”  
 ”

”  
 ”

”  
 ”

”  
 ”

”  
 ”

”  
 ”

”  
 ”

”  
 ”

”  
 ”

”  
 ”

”  
 ”

”  
 ”

”  
 ”

”  
 ”

”  
 ”

”  
 ”

”  
 ”

”  
 ”

In hist. Lau-  
 sianæ. c. 20

*Lib. 1. de  
Miraculis.  
6. 2.*

neret se nunquam ampliùs celebraturum. Et tunc Sanctus ei restituit san-  
nitatem. Ex quo satis apparet, quantopere Deus Dominus noster hoc vi-  
tium detestetur; cum vel vnica fornicatio sufficiens fuerit causa, cur indi-  
gni efficerentur, qui nunquã ampliùs celebrarent. Nec minùs est stupen-  
dus, licet eius exitus fuerit lenior, casus, quem refert Petrus Cluniacensis  
de quodam alio Sacerdote: qui post lapsum in peccatum carnis, ad cele-  
brandum accessit. Cum que sacram hostiam in manibus haberet, vt eam  
fumeret, illa euauit; & cum acciperet ad manum calicem, etiam pretio-  
sissimus sanguis euauit. Qui tamen etsi ex hoc euentu timore esset per-  
territus, sequenti tamen die rediit ad Sacrum celebrandum: euenitque  
idem quod priùs. Et cum ille adhuc pergeret tertio die celebrare, vt vide-  
ret: an Dominus Deus in ira sua contra ipsum persisteret: idem omnino  
euenit. Quare ter priuatus est communione in ipso Sacro, tanquam indi-  
gnus tali cibo. Et tunc accessit suum Episcopum, multisq; lacrymis pec-  
catum suum est confessus, & miraculum quod euenisset, aperuit. Et cum  
per multos dies pœnitentiam egisset, abstinens à celebratione: postea et  
præsripto sui Prælati accessit ad Missam celebrandam. Et in prima Mis-  
sa, quam magna cum deuotione & pietate fecit: cum vellet communica-  
re, repentè apparuerunt illi tres illæ hostiæ, quæ priùs disparuerant, & in  
calice similiter inuenit tantam sacri Sanguinis quantitatem, in signũ quod  
Deus Dñs noster ipsius peccata remisisset. Et sumens omnes tres hostias  
totumq; sanguinem, duxit in posterum piam valde & sanctam vitam.

*Lib. 2. Dia-  
log. 6. 5. in  
Magno Spe-  
culo exem-  
plor. Verbo  
Communio.  
exemp. 9.*

Similem casum refert Cælarus de quodam Sacerdote, qui cum nocte  
Natiuitatis proficisceretur ad pagum quendam, vt sacrum in eo celebra-  
ret: in ipso itinere incidit in quendam fœminam, cum qua carnaliter pec-  
cauit; & nihilominus post matutinum officium Sacrum fecit; sed statim  
atque consecrationem peregit, euenit ei idem miraculum: aduolans enim  
columba quædam sorbuit Sacrum liquorem, qui erat in calice, & hostiam  
sacram rostro accipiens auolauit. Et cum postea etiam in aurora celebra-  
ret, ac deniq; in tertio Sacro; idem in omnibus ei euenit. De suo tamen la-  
psu vehementer dolens, & præmissa pœnitentia, cum rediit ad sacrum fa-  
ciendum, eadem columba rediit cum tribus hostiis, & ex suo rostro eas  
in altari collocauit; liquoremq; sacrum, quem acceperat, in calicem ipsum  
infudit, vt ex hoc facto intelligeretur: Spiritum sanctum, per columbæ  
significatum, eos horrere: qui absque puritate communicant: dolentibus  
verò, & columbarum instar gementibus, ob admissas culpas, restituere,  
quod propter illas amiserunt. De duobus Sacerdotibus carnalibus refer-  
tur; quòd cum Sacrum Missæ facerent, alterius os, nasus, mentum, & lin-  
gua computruerint: vt indicio esset, quantum apud Deum & proximos  
opus illud fœteret, ob improbam & scandalosam eius vitam: cum verò

*In eodem  
Speculo ver-  
bo Missæ.  
Exemp. 5.*

alter

alter ad Sacram Aram accederet, prodijt ex ea vehemens quidam ignis, qui manus eius vsque ad ipsos cubitos combussit; in signum ignis luxuriæ, animam ipsius comburentis, ipsumque reddentis indignum, qui Sacram celebraret. De duobus alijs Sacerdotibus valde intemperantibus, & in peccatis gula & luxuriæ effrenibus, etiã refertur: quod cum essent amici intimi, & in eisdem vitijs indiuidui socij: hac ratione fuerint à Diuina iustitia puniti: vt primus repente moreretur: cumque eius socius sequenti die ambularet, audiuit tremendã quandam vocem de sub terra prodeuntem cum horrendis gemitibus, & clamoribus. Ille verò sacerdos timore perterritus signo Crucis cœpit se signare; & resumpto animo, loquentem interrogauit, quis esset? Cui respondit, qui vocem emittebat: ego sum infelicissimus amicus tuus. Et interroganti secundò: quomodo tecum agitur? & cur de sub terra tecum loqueris? tunc tremendo quodam mugitu dixit: væ, væ, væ mihi: quoniam clausit super me puteus os suum, quo responso prolato, tremenda illa vox videbatur summa celeritate magis procul semper recedere, quasi in abyssum descendens. Sed infelicio socius, quem Deus Dominus noster per eam vocem vocabat, & inuitabat ad pœnitentiam, noluit illam facere; sed in deprauatis moribus perstitit; & breui post tempore infelicem obiit mortem; quem idem væ secutum est, quod eius socium; ad eundem enim descendit inferni puteum.

## §. II.

**H**OS & similes alios casus, & horrenda supplicia ostendit diuina misericordia: vt ex alienis malis cautiore efficiamur: ne in seueræ iustitiæ manus incidamus. Nam (vt ait S. Augustinus) si Dominus noster omnia peccata publicè & ad oculum in hac vita puniret, facilè homines cogitarent: nullum post hanc vitam superesse supplicium; quòd si nullum hic puniret, etiã existimarent, Deum nec prouidentiam habere, nec iustitiam exequi. Idèdque quosdam peccatores punit in hac vita; alios verò differt puniendos in altera. Et, vt S. Thomas aduertit, visibilia supplicia solent infligi in initio, quo leges promulgantur. Ac propterea Ananias & Saphira repentina morte fuerunt sublati, quòd violatum votum paupertatis; & in Ecclesia primæua (vt ait Apostolus) a multi eò quòd indignè sanctissimum Sacramentum sumerent: erant infirmi, imbecilles, & multi moriebantur. Nec dubium, quin multæ infirmitates, imbecillitates, & mortes sint etiã nunc pœnæ peccatorum, quæ admittuntur in indigna communicatione, & Sacri celebratione. Tremant itaque improbi Sacerdotes, & nominatim lasciu, & impudici; & studeant statim vitam suam emendare: ne fortè mors repente superueniat; & cadant in profundum inferni. Cla-

Ibidem ver  
bo. Gula.  
Exemplo. 12

Lib. 1. de  
Cinis. c. 8.

Lecl. 7. in 1  
Corint. 11.

41 Corint.  
11. 30.

ment



b Psal. 68.  
6.  
Lib. 26. mo-  
al. c. 24.

c. Thren. 3.  
53.

d Prou. 23.  
27. 81. & c.  
22. 14.

e Job. 36. 16.

Duplex ex-  
positio vocis  
latissimè  
f. Isai. 5. 14.

altera expli-  
catis.

ment cum Psalmista dicentes: *b non absorbeat me profundum: neq; vrgeat super me puteus os suum.* In quæ verba ait S. Gregorius: peccatū esse quali puteum quendam, in quem labitur, qui peccat: & quod peccatum magis accrescit, ac multiplicatur: ita vrget os suum, & ita constringit: vt fiat exitus semper difficilior. Et aded potest mala consuetudo percrebrescere, vt obstruatur os lapide obstinationis, & finalis impœnitentiæ, de quo Ieremias: *c lapsa est in lacum vita mea, & posuerunt lapidem super me.* Quamuis autem omnia peccata sint verè huiusmodi puteus: nominatim tamen peccata luxuriæ eam vim habent, iuxta illud Salomonis: *d fouea profunda est meretrix:* hoc enim peccatum nimium adhærescit: vt qui semel laxat habenas, præceps ruat in abyssum tanta obstinatione, vt puteus infernillum deuoret; maneatque solido lapideo muro oclusus, absq; vlla spe inde egrediendi. In hac tamen vita nunquam putei os aded stringitur & vrgetur, vt non sit spes euadendi, si adsit pœnitentia: eod quod infinita sit Diuina misericordia, de qua scriptum est: *e saluabit te de ore angusto latissimè, & non habente fundamenta subter se;* hoc est, si pœnitentiam egeris de tuis peccatis, etiam si graua, turpia, & plurima fuerint: Dominus de angusto illo & amplissimo ore, hoc est inferno te liberabit. Qui latissimus est ad excipiendos peccatores; *f suumq; os absque vilo termino dilatat,* sinusq; suos absq; limite aperit, estq; aded profundus, vt nec fundus nec fundamentum eius inueniri possit. Nec solum à tali angustia & compressione te liberabit; sed etiam educet *latissimè,* hoc est in amplissimam latitudinem ac dilatationem, dilatando scilicet cor tuum ingenti lætitia, in præmium feruentis tuæ pœnitentiæ. Et ideo subiunxit: *requies autem mens tuæ erit plena pinguedine,* cibusque selectis: quia dabit tibi Dominus conscientie quietem & pacem; teque satiabit magna copia ciborum spiritualium, qui dulciores & saporosiores multò sunt cibus carnis: & opulentissima sanctissimi Altaris Sacramenti Mensa præclarissimis, quos Deus habet, cibus plena cedit tibi in vtilitatem: & in ea inuenies solatium, voluptatem, & saturitatem ineffabilem; & nominatim, quia pignus: ibi accipies, quod sis peruenturus ad latissimam Empyreï cœli regionem: vbi assidebis mensis Beatorum, & sumes cibum Diuinitatis: ex cuius visione lætitia repleberis & gaudio æterno. Ne itaque animum despondeas, Sacerdos, si fortè lapsus es in angustum carnalitatis puteum; sed contende festinanter inde exire per pœnitentiam: Deus enim suam tibi porriget manum, & ex istis angustijs ac periculis te liberabit.

Desere statim perditionis viam, quam tenes: quæ lata valde est, & angusta: lata in suis initijs, pro carne delitijs addicta: per quam propterea multi magna cum voluptate ambulant: sed est tamen spiritui angusta, grauius enim cruciatur peccatis eius, quia exitus habet infelices. Ingre-

dere viam castitatis, & Christianæ perfectionis: quæ angusta etiam est, & lata, quamvis modo contrario. Est enim in principio angusta, propter crucem & carnis mortificationem: est tamen latissima spiritui, propter pacem & gaudiū, quod eā tenentibus largitur Deus. Conijce oculos in mensas, quas tibi Deus præparat in hac & in futura vita: & cum quotidie alsidere possis Sanctissimi Sacramenti mensæ cū cœlesti Principe, studeas ita viuere, vt eius dulcedinem delibes: & mox desipiet tibi, quod hæctenus valde te delectabat: nam gustata spiritus suauitate, statim desipit omnis caro.

## CAPVT XII.

**O**BEDIENTIA AC DILIGENTIA SACERDOTVM IN sciendis & implendis omnibus, quæ ad eorum Ministeria spectant, & quantum adferat detrimentum, obiter & negligenter eadem peragere.

**T**ERTIVM CONSILIVM PERFECTIONIS, in qua eminere debent Sacerdotes, est obedientia suis Episcopis siue Prælati, omnibus decretis, & Ecclesiæ Canonibus exhibenda in iis, quæ ad ipsorum personas, officia, & ministeria spectant: in administratione scilicet Sacramentorum; in Missæ celebratione; in horis Canonici legendis; & in cæteris rebus, quæ pertinent ad honestatem, expensas, & occupationes: quarum fecimus mentionem. Omnes enim tenentur scire leges, & ordinationes ad se pertinentes; easq; magna perfectione exequi: earum enim omnium rationem reddituri sunt in die iudicij. Cogitent dici sibi à Deo Domino nostro illud Deuteronomij: a *Audi Israël ceremonias atq; iudicia, quæ ego loquor in auribus vestris hodie: discite ea, & opere complete.* Ne scilicet explere illa negligas propter ignorantiam, aut obliuionem, aut negligentiam, aut malitiam. Indignus enim Sacerdotio censetur, qui, quæ sui sunt officij ignorat; aut dedignatur explere sicut debet. Ideoque dignus est, cui Dominus dicat: b *Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi: quia scilicet non dedisti operam, vt scires quæ tui essent officij, ego non feram amplius, vt illo fungaris.* Quemadmodum euenit filiis Heli, de quibus ait Scriptura: quod essent c *fili Belial, nescientes Dominum, neque officium Sacerdotum ad populum: ideoque non custodiebāt leges, & ceremonias circa sacrificia præscriptas.* Ac propterea eos appellat filios Belial, hoc est sine iugo. Sacerdotes enim non agnoscetes Deum, neque sui officij obligationes adimplentes: censentur absque iugo viuere. quia solo suo arbitratu vitam ducunt; & potius videntur Sacerdotes Bel, quod est idolum quoddam, & falsus Deus; quia carent perfectione & vita Sacerdotij, præferentes tantū figuram eius extetnā. At veri Dei Sacerdotes, quorū vita concordat cū sua

I  
a Deut. 5.2

b Osee 4.6.

c 1. Reg. 2. 12.

d *Prov.* 7. 3.c *Malach.* 2. 7.f *Rom.* 2. 21.g *Psal.* 39. 8.h *Hebra.* 10. 9.i *Iosue.* 10. 4.k *Ecc.* 33. 23.l *Exodi.* 19. 12.m *Leuit.* 10. 6.n *Gen.* 22. 3.o *Num.* 4. 2.

dignitate, optime nouerunt statum sui leges, & constitutiones. Et ut Salomon dixit, *scriptas illas habent in tabulis cordis sui*: in memoria, ne earum obliuiscantur, in intellectu, ut eas bene ruminent ac penetrent; in voluntate, ut eas diligant & complectantur, easque in suis digitis ligant, ut summa cum diligentia exequantur; eò quòd Deus sit, qui illas tulit & constituit. Si e *labia Sacerdotis* (ut Malachias dixit) *custodiam scientiam*; & *Sæculares legem requirunt ex ore eius*, ut vitam tuam ex eius præscripto ducant: æquum omnino est, magnam legis notitiam eum habere, & iuxta illam viuere: saltem ne ab Apostolo audiat: f *Qui alium doces te ipsum non doces*: docens enim alios, ut officio suo bene fungantur: tu id non præstas in tuo; & exhortans, ut obediant Deo: tu eidem rebellem & partinacem te præbes.

3.

CONIICE oculos tuos in summum Sacerdotem Christum Iesum; qui sciens quàm parui momenti essent holocausta, & Sacrificia antiqua, venit in mundum, ut offerret Sacrificium, quod æterno suo Patri placeret. Nec in modo illud offerendi voluit voluntate sua humana sese dirigere; sed obedientiam, quam voluntati exhibuit diuinæ: ac propterea dixit: *Ecco venio, ut faciam voluntatem tuam; & legem tuam posui in medio cordis mei*. Ut ex hoc intelligas te in nullo Sacerdotij ministerio propriæ voluntatis appetitum sequi debere; sed negare, ut voluntatem Dei tui amplectaris.

4.

ASPICE itè exemplum, quod habes quotidie in manibus, heroicam scilicet obedientiam, qua ipsemet Christus Dominus noster, qui ad dextram Patris sedet, venit è cælo: & in Sanctissimo Sacramento eodem momento adest, quo verba consecrationis absoluis, *hobediente Deo voci hominis*; eò quòd promiserit, se facturum, quod Sacramentalia verba significant. Et eodem momento, quo dicis ego te baptizo, te absoluo: absque vlla mora Deus facit, quod tu dicis; tuisque verbis gratiam efficit, & supernaturales virtutes in animabus. Est igitur rationi valde consentaneum, ut Sacerdos in eo gloriatur, quòd obediat Deo, & Saluatori suo in rebus omnibus, ad ipsius officia & ministeria spectantibus, & exactissimè custodiat leges omnes, ac decreta, quæ circa ea sunt constituta. NAM si Ecclesiasticus, ait: *i in omnibus operibus tuis præcellens esto*: Quamò igitur magis studere debent Sacerdotes, ut præcellant in suis, quæ ex obiecto suo sunt excellentissima. Est quoque rationi consentaneum, ut modus quo illa fiunt sit etiam præstantissimus; ut exiis, quæ de singulis postea dicemus, apparebit.

3.

Ex quo fit, ut quamuis huiusmodi canones ac Decreta, ut plurimum habeant graues pœnas in transgredientes latas: (quemadmodum etiam Deus in antiqua lege valdè frequenter minabatur pœnam mortis Sacerdotibus non seruantibus ea, quæ ipse iubebat: ut ex grauitate pœnæ immimentis agnoscetes delicti grauitatem, illud vitarent) at obedientia bonorum Sa-

cerdotum

cerdotum non seruilis esse debet, vt pœnas euitet; sed filialis, ex amore virtutum; & quod ipsa ministeria iure suo id requirant; & Dominus, qui ea præscripsit, dignus sit cui exactè & ad nutum obediatur, ad cuius gloriam omnia ipsa munia diriguntur; vt meritò S. Petrus Apostolus exhortetur, vt *castificent & perficiant animas suas in obedientia charitatis*: & sic re ipsa ostendent, quod Malachias Propheta dixit, se esse *Angelos Domini*, obediens ei celeriter, hilariter, ac purè pro ipsius gloria. Nam propterea etiã iubentur in Sacro missæ Dominicam precationem orare: cuius tertia petitio est: *Fiat voluntas tua in terra sicut fit in celo*: vt intelligant, se debere obedire (sicut Angeli faciunt: cum ipsorum officium sit plus quàm Angelicum: ac proinde conari debent, illud exequi, dum Missam celebrant, horas Canonicas legunt, & alia ministeria obeunt: sicut Angeli facerent, si ea ipsis committerentur.

PRÆTREA modus hic obedientiæ ac diligentiae in his ministerijs ad eò perfectæ, quatuor adfert ingentia commoda. Nam valde honorificat Deum, quia in eo ostenditur maximè fieri quod ipse iubet; ipsa etiã ministeria valde extollit; hic enim modus ostendit magni illa fieri, & hac ratione ipsi etiã Sæculares excitantur, ad eadem magni faciendâ, ac venerandâ; & eisdem magnâ cum reuerentiâ ac pietate assistendum; ac denique ipsos Ministros honorat, efficitque vt & Deus ipse præmijs magnis, homines verò magno honore ac reuerentiâ eos afficiant. Ac propterea Apostolus dixit: *in qui benè præsent Præbyteri duplici honore dignos habēdos esse*: tum propter dignitatis ipsius celsitudinem, tum ob excellentem, & exactū eius vltim.

Ex his licet aliam rationem deducere, quæ illos valde obstringat ad huiusmodi obedientiâ: ob specialē scilicet prouidentiam Dei Domini nostri erga illos: quam & semper habuit, & nunc habet, vt ipsi feliciter occupentur in suis ministerijs exactè adimplēdis. Nam propterea eos liberauit à vectigalibus & tributis, quæ pēdunt Sæculares. Inspirat. n. Principibus, vt eos à tali contributione eximāt; siquidē etiã Rex n. Pharao falsos suos Sacerdotes ab huiusmodi oneribus liberos tenūciant. Ac propterea cōstituit vt o eis *darētur decima*, quibus sustentarētur: vt expediti à curis & labore alimenta quærēdi, solū atēderēt ad officia sua exactè præstanda. Et ita (vt Philo Iudæus ait) pares illos Regibus fecit: vt quæadmodū his vult solui tributa; ita Sacerdotibus soluātur Decimæ. Et eadē ob causam teuerissimè præcipitur reliquis, vt eis obediāt in iis, quæ illi constituerint iuxta suū officiū & obsequiū Diuinū, magnasq; minatur pœnas nō parētibus, p. *Qui superbiert, inquit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo: ex decreto iudicis morietur homo ille, & asferes malū de Israel*. Cur ergo tu non obadies Deo illi, qui tantā tui gerit curā & prouidentia? Et cur nō teipsū totū impēdes in exequēdis cū omni perfectione ministerijs tuis: cū ipse oēs tuas

1. Pet. 22  
1 Malach.  
2.7.

6

1. Tim. 5  
17.

7

n Genes. 47  
22.26.  
o Exodi.  
22.29.  
Num. 18. 21  
Lib. de Sa-  
cerdotum.  
Honoribus

p Deut. 17.  
12.

occupationes & impedimenta remoueat, vt totus in ea exactè præstanda intendas? Et cur non promptissimus eris ad obtemperandum ei, qui ad obsequerè iubet alios tibi obtemperare? Cum igitur libenter videas, alios tibi obtemperare: æquum omnino est, vt & tu Deo exactè obedias: qui alij præbebit Spiritum obedientiæ erga te: si viderit, eundem te habere spiritum erga ipsum.

§. I. Inobedientia detrimenta.

**I**DEM multò ampliùs confirmabitur, si damna perpendantur inobedientiæ, & negligentia in obsequiis ministerijs, conculcatis legibus diuinis & Ecclesiasticis. Quæ detrimenta ad quatuor grauissima capita licet reuocare. *Primum* est: quod Deus, qui illa instituit, in odiumque præscripsit, quo Sacerdotes obire ea deberent, ignominia afficiatur: quam obrem ipse per Malachiam Prophetam de eis conqueritur, dicens: *a Filius honorat patrem, & seruus Dominum suum: si ergo pater ego sum: ubi est honor meus? & si Dominus ego sum: ubi est timor meus?*

I.

a Malach. 1.  
6.

Præcipuus enim honor meus, verusque Maiestatis & amplitudinis meæ timor in eo consistit, vt mihi obedientes, faciatis quæcunque ego iubeo; eoque modo, quo id præscribo. Rechabitaræ nolunt bibere vinum, nec alia facere, etiam sibi grata valde, & iucunda: ed quòd Ionadab eorum Pater id prohibuisset; & gloriantur, quòd patri suo pareant; cum igitur ego sim Deus, & Pater vester, non obedietis præceptis meis? si quis Sæcularium Sacerdoti non obediatur, mulctatur morte: ed quòd eum contemnat: quia igitur pœna dignus erit Sacerdos, Deo non obediens, & hac inobedientiâ iniuriam ei inferens? nam, vt Apostolus dixit: *b tu qui in lege gloriaris: per prauaricationem legis Deum inhonoras. Ignominia etiam afficiunt, & ministeriorum ipsorum honori detrahunt: quia ostendunt se parui illa facere.* Et (vt S. Cyrillus ait) et si non verbis; opere saltem ipso protestantur idem, quod impij veteris legis Sacerdotes dixerunt: *mensa Domini despecta est*, hoc est, res vilis est, & abiecta. Si enim ipsi pretiosam iudicassent: aliter erga illam se gessissent. Et hinc *tertium* sequitur, quòd ex ipsorum incuria, & irreuerentia, Sæculares eandem Dominam mensam contemnant, & vilipendant: ac denique aut eam fugiant, aut cum tædio quodam ei assistant. Eum in modum, quo Diuina scriptura refert de Sacerdotibus filijs Belial, non seruantibus leges Sacrificiorum. *c Erat, inquit, peccatum puerorum grandis: nimis coram Domino: quia retraherant homines a Sacrificio Domini: ne illud per manus impiorum aded Sacerdotum offerrent. Quemadmodum qui ineptè Sacrum Missæ celebrat, animum & propensionem auferunt auditoribus eam audiendi; & qui diuina officia ineptè cantant, deuotionem auferunt eis assistenti. Sed non euadent quod propterea merentur supplicium: cum enim Deus iustus sit iudex, pro-*

b Rom. 2. 23

in Mal. 1. 6.

c 1. Reg. 2.  
17.

pugnat

pugnat honorem suum; & glorificatur, dum hanc iniuriam vlciseitur, vt expressè dixit, cum d *egressus ignis à Domino deuorauit* inobediētes Sacerdotes, *qui in suis thuribus posuerunt ignem alienum*, contra præceptum Domini; qui iusserat, non alium ignem esse ponendum, quàm Sanctuarij: & ita *mortui sunt coram ipso Domino*: cuius terribilis aded supplicij causam reddens, subdit: *sanctificabor in iis qui appropinquant mihi, & in conspectu omnis populi glorificabor*. Omnes enim qui viderint me hanc iniuriam aded seuerè punientem: timorem & pauorem concipient de mea iustitia; discantque res sacras cum reuerentia peragere. Et quamuis qui ab igne fuerant deuorati, & mortui, essent filij Aaron Sacardotis; ipse tamen, verbis illis Domini auditis, *tacuit*, venerans iudicia Diuinæ iustitiæ; discensque custodire ad nutum, & exactissimè, quæ Deus iubebat. Horrendum quoque fuit supplicium à Deo Ozæ Sacerdoti illatum; cum Deus iussisset, vt cum ab vno loco arca esset in alterum transferenda, id fieret in humeris Leuitarum; Oza autem persuasisset vt potius plastro imponeretur, & à bobus traheretur. Quo consilio magna Deum affecit iniuria, & ignominia. Cumque in medio itineris e *boves calcitrarent, & Arca declinaret*, vt caderet in terram; *extendit ipse Oza manum suam, ac tenuit*, ne caderet: *Sed iratus indignatione Dominus contra Ozam, percussit eum super illa temeritate: & mortuus est ibi iuxta Arcam Dei*. Et ita Doctores huius punitionis causam tribuunt ipsius Ozæ consilio & suasioni. Quamuis autem culpa tunc fuerit admitta, cum ille consilium dedit: Deus tamen punire eam distulit, donec error eius consilij apparuit, cum periculum imminebat casus Arcae in terram, vt discant Sacerdotes, non mutare, quod Deus eiusq; Ecclesia Sancta constituerunt; neque vel vnum punctum honoris ei auferre, qui illi debetur, & ipse exigit. Licet enim modico interdum tempore dissimulet: ipsis tamen minimè cogitantibus, superueniet eis debita punitione. Cuius pœnæ pars etiam quædam est, quod propter huiusmodi negligentias, & inobedientias etiam seiplos ignominia afficiunt, & opinionem apud alios amittunt, & in magnas incidunt etiam temporales miseria; permittent enim Deo, ipsos parui fieri, & mille modis affligi: quemadmodum ipse per Malachiam dixit, tremendis hisce verbis: *f Ad vos mandatum hoc o Sacerdotes. Si nolueritis audire, & si nolueritis ponere super cor, vt detis gloriam nomini meo, rectè fungentes officio vestro, ait Dominus exercituum: mitam in vos egestatem, & maledicam benedictionibus vestris: hoc est maledicam vestris agris, vineis, & oliuetis, omnibusque rebus, quas ex mea benedictione possidetis: ita vt st- riles fiant, nec fructus villos reddant. Maledicam item benedictionibus, quas super greges, & agros vestrorum subditorum dicetis; ita vt frustratæ effectu suo; & vos Decimis vestris frustrimini. Ecce ego prouiciam vobis brachium, vt spoliem vos optimis vestris ob-*

4  
d *Leuiti. 10.*  
2.

c 2. *Reg. 6. 6*

Vide ib. *Lyranum.*

f *Malcab.*  
2. 1.

verf. 3.

verf. 8. &amp; 9.

g Roma. 1. 1.

13.

6

h 1. Reg. 2.

10.

i Job. 12. 18.

k 1. Reg. 3.

l Pfa. 93. 1.

lationibus, & d' spergam super vultum vestrum sterco solennitatum vestrarum, permittens vos in eis cōfundi, quia recessistis de via, & scandalizastis plurimum in lege: quia irritum fecistis pactum Leni, dicit Dominus exercituum. Propter quod & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis, sicut non seruastis preceptis meis, & accepistis faciem in lege. hoc est, personarum acceptionem in vestris iudicijs habuistis. Omnia hæc verba sunt & minæ Dei in Sacerdotes antiquos, malè fungentes officijs suis; & feuerius adhuc nostri punientur, et quòd eorum defectas in ministerijs aded excellentibus multò grauiores sint. Quòd si permittit eos vexari & opprimi contributionibus, egestatibus, necessitatibus, & contemptibus; illorum est culpa, eò quòd ministerium suum (vt ait Apostolus) non honorificent, illud exercentes cum ea dignitate, qua par est. Sententia est enim infallibilis, ab ipso met Deo Heli Sacerdoti, eiusque filijs, officium suum malè obeuntibus intimata: h quicumque glorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Quòd re ipsa executus est cum illis Sacerdotibus, auferens illis & eorum successoribus summum Sacerdotium; ac proinde honorem illi debitum. Scriptum est enim, quòd Deus i balthem Regum dissoluit, & dicit Sacerdotes in glorios. Maiorem verò terrorem incutit modus, quo Deus iram suam in eo casu manifestauit, dicens: iuravi domui Heli, quòd non expietur iniquitas domus eius victimis & muneribus vsque in aeternum. Quis igitur non tremet, terribilem aded sententiam audiens? O Deus misericordiarum! si eas manifestas, parcendo peccatoribus; & sacrificia oblationesque eò tendunt, vt peccatorum remissionem obrineant; quid sibi vult, quòd nunc ais, quòd nullis victimis & muneribus vsque in aeternum hac iniquitas expiari possit? non est tamen mirum, quòd misericordia tua occludatur erga eum, qui abutitur eo, quòd est aliàs anthidotum ad eam impetrandam: huiusmodi enim peccata recta tendunt contra ea, quæ sunt ipsorum remedia; afficiunt enim iniuria ipsa Sacramenta, & Sacrificia; culpaque sua in venenum conuertunt, quòd aliàs theriaca fuisset, & anthidotum. Et quoniam Dominus noster est etiam i. Deus vltionum, permittit, vt qui aded irreuerenter Sacramentum & Sacrificium administrat, non sciat postea remedium ex eis accipere.

## §. II. Obedientia Prelatis exhibenda.

**N**ECCESSARIUM etiam est, vt Sacerdotes & Ecclesiastici in obedientia suis Episcopis & Prælatibus exhibenda eminere studeant, in rebus omnibus licitis & honestis, quas illi præscripserint cuique iuxta suum statum. Sic enim promissionem suam implebunt, Episcopo post ordines susceptos factam, cum ille vnique Sacerdotum dicit: Promittis mihi & successoribus meis reuerentiam & obedientiam; seu Præ-

lato

*lato tuo pro tempore existenti? & ipse respondit: Promitto. Quæ promissio est votum; quia fit Prælati, quatenus vices Dei gerit; & succedit voto illi obedientiæ, quod antiqui Clerici, qui erant Religiosi, edebant. Cum igitur illi velint ministros inferiores, & omnes, qui aliquo modo ipsis sunt subiecti, ipsis obedire: æquum omnino est, vt & ipsi suis superioribus perfecte obediant. Bona siquidem Ecclesiasticæ Reipublicæ constitutio in eo præcipue consistit, vt & in Prælati imperandi rectitudo, & in subditis promptitudo obedientiæ resplendeat, iuxta illud Innocentij Papæ: *Integritas presidentium salus est subditorum; & ubi est incolumitas obedientia, ibi est sana forma doctrinæ.* Diuina enim prouidentia, quæ disponit omnia suauiter, per bonos Prælatos gubernat reliquos Sacerdotes & ministros, & per hos cæteros Sæculares. Quod insinuat Moyses cū benedicens Tribui Leui, dixit: *a Perfectio tua, & doctrina tua, à viro Sancto tuo.* Qui fuit ipsemet Moyses, per quem Deus eam cæteris Sacerdotibus ac Leuitis eiusdem tribus communicauit. Et in eundem modum perfectio & doctrina Ecclesiasticorum subditorum deducitur per eorum superiores, quod si non adsit docilitas, obediētia, ac debita subiectio: non obtinebunt illi hanc vtilitatem à Deo. Hanc eandem rationem seruat Deus cum Angelis, qui administratorij sunt salutis hominum: nam (vt S. Dionysius ait) inferiores Angeli accedunt ad superiores, vt ab eis instruantur circa Diuinas reuelationes; & res nouas, quas Deus præscribit; ac vult per maiores manifestari minoribus: qui gloriantur, quod sint valde prompti in exequendis, quæ ipsis committuntur. Quod confirmat idem Sanctus varijs exemplis, quæ Prophetæ referunt de Imperio quorundam Angelorum ad alios: & celeritate, qua illi obediebant. Multò autem æquius est inter Ecclesiæ ministros esse hūc modū subordinationis: qua minores maioribus obediant, nō fidētes soli suæ prudētiæ, quæ valde est breuis & facile falli potest; neq; sequentes impetum propriæ voluntatis quæ solet ad malum esse propensa.*

CUM autem inter homines semper sint multi defectus, nec Sacerdotes sint ab eis immunes: par est, hos suam docilitatem & obedientiam ostendere in acceptanda Prælatorum correptione, & in obediendo omnibus, quæ illi dixerint, ac præscripserint, ad impedienda & reparanda propria peccata: non contradicentes, nec pertinaciter resistentes: ne infelicitas aliqua, aut infortunium eis eueniat, sicut impijs illis Sacerdotibus, qui officio suo malè fugebantur. Et cum Pater, qui summus erat Sacerdos, eos moneret, noluerunt ei obedire: qua inobedientia ita sua scœlera obfigurant, vt in eis perirent. Quod significat Scriptura dicens: *c non audierunt vocem Patris sui: quia voluit Dominus occidere eos.* hoc est: permittit Deus, vt ex malitia sua parenti non obtemperarent: quia voluit eorum peccata seuerius punire.

Tremant

c Miramur  
D. 91.

a Dent. 33. 8

b 8. de cele-  
sti Hierar-  
chia.

Zach. 110.

Et c. 2. 3.

Ezech. 9.

Et c. 2.

Dan. 8. 15.

Apoc. 14. 15.

c 1. Reg. 2. 25



Epist. 3.  
Referitur.  
D. 38. c.  
Nullus.

»

»

»

»

»

c Isaia. 14.

c.

d Philip. 2.8

Tremant igitur Sacerdotes, & Ecclesiastici, qui facile in peccata labuntur: si moniti ab Episcopis, & visitatoribus suis non emendantur. Nam forte id erit signum, quod velit Deus ultimam de eis sumere vindictam: propterea enim hanc ipsis permittit inobedientiam, & repugnantiam. Non dedignentur doceri & moneri, si officijs suis satisfacere, & animas suas saluare velint. Audiant quid Clemens Papa grauissimis hisce verbis dixerit: Nullus Episcopus propter opprobrium senectutis, vel nobilitatem generis, à paruulis, vel minimis eruditis, si quid est utilitatis, aut utilitatis, inquirere negligat. Qui enim rebelliter uiuit, & discere, atque agere bona recusat, magis Diaboli quàm Christi membrum esse ostenditur, & potius infidelis, quam fidelis esse monstratur. Et quia in originali ipsi Epistola non additur: *Episcopus*, sed absolute ponitur: Nullus propter opprobrium, &c. intelligendus est Pontifex cum omnibus esse locutus, siue sit Episcopus, siue Sacerdos, siue Sæcularis. Nam nolle discere, nolle obedire, & alteri se subijcere proprium est Sathanæ: qui præ superbia voluit, *c Solium suum super astra exaltare*, ut nullum agnosceret superiorem: humiliare autem se & obedire, valde proprium est Christi Domini, *d qui humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem*. Ac proinde qui gloriantur se esse Christianos, & ipsius Christi Ministros: honori sibi tribuere debent, quòd se alijs subijciant; quòd si qua ignorantia laborant: gaudere debent, quòd doceantur; & si in culpam aliquam sunt prolapsi: æquo animo accipere debent, quòd corripiantur.

## CAPVT. XIII.

## ALIQVAE RATIONES OB QUAS DEBENT SACERD-

tes quacunq; peccata, præcipue publica, euitare; & quomodo ea sint per penitentiam reparanda.



Homil. 43.  
Imperf. referitur. D.  
40. c. Multi.

»

»

»

»

»

XDICTIS IN SUPERIORIBVS CAPITIBVS facile intelligitur, quàm sit execrandum Sacerdotali dignitati vitâ coniungere improbâ: confunditur enim illa, & pudore afficitur cum tali ei comes accedit, cuius fœditate frustratur excelſe suæ dignitatis fructibus. Nâ (vt ait S Chrysoftomus) multi Sacerdotes, & pauci Sacerdotes. Multi in nomine, & pauci in opere. videte ergo fratres quomodo sedetis super cathedram: quia non cathedra facit Sacerdotem: sed Sacerdos cathedram; non locus sanctificat hominem, sed homo locum sanctificat. Non omnis Sacerdos Sanctus, sed qui Sanctus est, vocari potest Sacerdos. Qui bene sederit super cathedram, honorem accipit cathedræ; qui malè sederit, iniuriam faciet cathedræ. Ideo quæ malus

Sacerdos

Sacerdos de Sacerdotio suo crimen acquirit, non dignitatem. De tali enim dignitate dicere licet, quod Salomon dixit de a muliere pulchra & fatua, siue leui, quod sit *circulus aureus in naribus suis*: quia non habita ratione auri status ac dignitatis adeo excellæ, eam defœdant & maculant voluptatibus carnis, & alijs peccatis. Quod autem dignitas excelsior est, eò maior est iniquitas, si indignè tractetur. Nec sufficit, ad eam peruenisse ex vocatione & electione Dei: si postea deficias in ijs, quæ, ille præscribit ac iubet. Non enim b *ignis tantum egressus est à Domino & interfecit ducentos quinquaginta viros ambitiosos, qui vlturpantes sibi Sacerdotium Aaron offerebant incensum*, vt superius est dictum; sed etiam c *egressus ab eodem Domino ignis deuorauit Nadab & Abiu filios ipsius Aaron, vocatos & electos à Deo ad Sacerdotiũ, eò quod offerrent coram Domino ignem alienum*, relicto igne Sanctuarij, quo ex Dei præscripto vti oportebat: ad significandum (vt perpendit Beda) quod Sacerdotes deserentes ignem Diuini amoris, amplectentes verò ignem amoris proprij & cupiditatum carnalium ac terrenarum, sint comburendi & puniendi à Deo propter illas. Ac propterea non sine causa dixit S. Augustin. Nihil est in hac vita & maxime hoc tempore lætius, & hominibus acceptabilius Episcopi, aut Presbyteri, aut Diaconi officio, si perfunctoriè atque adulatoriè res agatur. Sed nihil apud Deum miserius, & tristius, & damnabilius; nihil item est difficilius, laboriosius, & periculosius Episcopi, aut Præsbyteri, aut Diaconi officio; sed apud Deum nihil beatius, si eo modo militetur, quo noster Imperator iubet. Quare vt nihil in hac vita est dignitate Sacerdotali gloriosius: si rectè in ea agatur, sicut Christus constituit: ita nihil apud Deum magis condemnatione dignum, quàm si indignè illa tractetur. Quemadmodum enim periculosior est ex loco valde alto casus: ita ait S. Ambrosius, est grauior lapsus Sacerdotis obedientis Sathanæ, qui existenti in pinaculo templi suadet: d *mitte te deorsum*. Et quid magis indignum esse potest, quàm sit characterem Sacerdotalem, qui est proprius ministrorum Christi cõiungas cum characterè & signo Anti Christi: quod est peccatum, per quod efficietis eius mancipium? videtur sanè dignitas hæc adeo sacra ad Deum clamare, & iusticiam petere: vt ab hac tyrannide liberetur, punito pro meritis eo, qui talem ipsi violentiam infert. Huc accedit grauißima iniuria, quam Sacerdos infert hospiti, quem excipit: cum eum in templo immundo, in sepulchro profano, in ventre fœtido, & in confracta lectica collocat. Si indignum iudicatur, quod obsessus quispiam à Dæmone, Sacerdos creatur; aut Sacrum Missæ celebret: propterea quod grauis sit indecentia, quod Christus Dominus noster hospitetur in corpore à Dæmone possessio; multò erit magis indignum in oculis Dei, quod hospitetur in corpore subiecto peccatis: quæ Christus Dominus noster plus quàm

a Pro. 11. 22.

b Nũ. 16. 35.

c Leuiti. 10. 2.

Apud Li-  
ponum in  
Casena.  
Exod. 28. 12  
inicio &  
Glossa.

I  
Epist. 148.  
refertur D.  
40 c. Ante  
omnia.

Lib. de di-  
gnis. Sacer-  
dotis, c. 2.  
d Matt. 4. 6

Homil. 83.  
in Matth.

c Luc. 4. 23.

a Mala. 2. 8.

Homil. 17.  
in Euāgelia

In Psal. 68

b Ieron. 12.  
13.

Ibi Et  
Epist. ad  
Nepotian.  
c Sapiēt. 6. 7  
d Luc. 12.  
28.

6

iplos Dæmones horret, ac detestatur. Ac propterea ait S. Chrysostomus non tam graue esse detrimentum, quod sint in Ecclesia Dei à Dæmonibus obfessi, quam quod sint improbi Sacerdotes, qui ipsum Christum, eiusque sanguinem conculcent. Grauisssimam etiam iniuriam infert ipsi potestati ordinis, data ei ad remittenda peccata: quia illam coniungit cum ipsis inimicis, ad quorum destructionem illa dirigitur. Et cum deberet esse aliorum ægrotantium medicus, quorum morbi sunt voluntarij: ipse gaudet, quod fiat eorum particeps. Et ipsius morbi eò sunt deteriores quòd ratione officij sui deberent prius ab eo curari. Nam hic rectè locum habet commune prouerbiū, quod Christus Dominus noster opportunè protulit: *e medice, cura teipsum*, cur placet tibi ægrotare: cum possis ex gratia Dei teipsum curare, & ex officio tibi incumbat alios curare? Quomodo alij ægroti sperabunt se à te curandos qui teipsum non curas?

## §. I.

**Q**UID autem dicam de alia circumstantia malitiam illam augente? Cùm enim ex officio incumbat aliorum curare peccata: ea potius auget malis suis exemplis. Hæc illa est Dei querela in malos Sacerdotes, dicentis eis: *a vos autem recessistis de via, & scandalizastis plurimos in Lege, & irritum fecistis pactum*, quod ego iniui cùm *Leui*. Nam ex improba vestra vita scandalizati alij, occasione sumptērunt ea imitandi. Ac propterea ait S. Gregorius à nullo accipere Dñm nostrum tantam iniuriam, quantum à malis Sacerdotibus. Nam quos ipse constituit ad alios corrigendos: ipsi eos potius malo suo exemplo deprauant, vorantes peccata, qui ratione sui officij ea erant extirpaturi. Hos ait S. Augustinus esse, qui Christo Domino nostro fel præbent comedendum, & acetum porrigunt bibendum. Cùm enim ipse salutem animarum esuriat ac sitiat: Sacerdotes, quorum est famem & sitim illam mitigare, eas adiuuando vt saluentur; potius eas scandalizant, & à profectu retardant: huiusmodi enim scandala Christo ipsi sunt fel amarum & acetum horridum.

Hæc accedit, quod vita sua deprauata fructum corrumpunt egregiorum operum, quæ ratione sui officij præstant: quia nihil ipsi prolunt. Et hac ratione S. Gregorius explicat illud Ieremiæ: *b seminauerunt triticum, & spicas messuerunt: hereditatem acceperunt, & non eis proderit. LXX.* Interpretes legunt: Clericorum non proderunt eis. Quid enim (ait S. Hieronymus) eis proderit nomen Episcoporum, ac presbyterorum: siquidem ipsis dignitatibus suis magis onerantur, & grauius onus portant? Et cipientes potenter tormenta patientur; & d quibus multum datum est, multum quaeretur ab eis: *c quibus commendauerunt multum, plus petent ab eis.* Nam eò sunt maiores culpæ Sacerdotum, quod sunt maiores honores & excel-

lentia;

lentiæ, quæ cum excelso illo Statu sunt coniunctæ. Maior enim est eorum ingratitude: cum tot fauores ac priuilegia conculcant, nec tantis beneficijs acceptis fideliter respondent. Ita enim S. Gregorius sentit: quod qui plus acceperit, seuerius sit examinandus; nam quod magis augeatur dona, rationes etiam crescunt donorum. Et quoniam Deus est iustus iudex, exactam valde de omnibus rebus rationem exigit; de Sacris scilicet, quæ celebrantur; de Horis Canonicis, quas legerunt, de confessionibus, quas exceperunt, aut ipsi fecerunt; de alijs ministerijs, & officijs, quæ præstiterunt; ac de exemplis, quæ alijs dederunt. Quod si in his omnibus defectus aliquos admiserunt, non solum propria peccata ipsis imputabuntur; sed etiam aliorum, qui ex eis occasionem acceperunt, hoc est ex scandalo, aut incuria & negligentia; propter quæ aliena peccata fecerunt sibi propria. Hinc aliud oritur ingens incommodum: sicut enim culpæ adhærescunt & propagantur, ita crescunt & multiplicantur supplicia, quæ propter eas inferuntur. Quemadmodum enim corruptum caput totum corpus corrumpit: ita (ait S. Ambrosius) malitia & negligentia improbum Sacerdotum in causâ est, cur populus vitiorum peste inficiatur, & laboret: ac proinde magnis à Deo calamitatibus afficiatur. Vt videre licet in horrenda illa punitione, quam Deus populo Israël intulit propter peccata filiorum Heli, permittens eadē populū Israël, & e cadere triginta milia de eis, ipsamque Dei Arcam capi à Philistæis quam potius voluit tradi hostibus suis, quam retineri à Sacerdotibus adeo impijs. Et cum Deus iussit percuti vsque ad interuersionem omnes habitantes Ierusalem, qui non essent signati Than: adiecit à Sanctuario meo incipit: hoc est (vt S. Hieronymus explicat) vt executio sententiæ inciperet ab improbis Sacerdotibus, qui fuerunt prima origo peccatorum populi, & seueræ illius punitionis.

Denique Sacerdotum peccata adiunctam habent perniciosam valde circumstantiam, difficultatem scilicet curationis & præparationis. Nam si sæculares peccant, Sacerdotes eos corripunt, & pro eis orant: peccantes autem Sacerdotes quis audebit corripere? Et quoniam illorum peccata in iniuriam cedunt Sacramentorum: permittit Deus (vt supra dicebamus) vt eorum remedium non rectè attingant & inueniant. Et quoniam respectum & reuerentiam erga res sacras amittunt: ideo in eis nec iucunditatem illam, nec utilitatem inueniunt, quam sæculares. Quare illa Prophetæ maledictio illos comprehendit: *g tu calcabis oliuam, & non vgeris oleo; & mustum, & non bibes vinum*; nam alijs conferunt Sacramenta, & sacrificia applicant, quibus illi deuotione ac feruore spiritus replentur: ipsi tamen non vnguntur oleo gratiæ, nec vinum charitatis bibunt. Propter has omnes rationes eò vsque progressus est S. Chrylost. vt tremendâ

Homil. 9. in  
Euangelia.

7

Lib. de Di-  
gnit. Sacer-  
dotis c. 5.  
S. Greg. Ho-  
mil. 17. in  
Euang.  
c. 1 Reg. 4.  
10. 6.  
Ezech. 9.  
ibidem.

8

g. Mic. 6.  
5.

Homil. 3. in  
Acta. Apost.

Homil. 7. in  
Ieremiam.

quandam adhiberit exaggerationem, quamvis de Episcopis loqui videatur: non arbitror, inquit, inter Sacerdotes multos esse, qui salvi fiant; sed multo plures, qui pereant. Alij enim deficiunt in vna oblatione, alij in alia, & alij in omnibus. Et Origenes explicans illa verba Ieremiæ: *Cleri eorum non produrrunt eis*; hanc profert sententiam: Nosse debetis non statim esse saluandos, quia Clerici sumus; multi enim & Præbyteri pereunt, & laici beatissimi reperiuntur, & c. Deus enim Dominus noster non tam statim celsitudinem spectat, quam vitam & feruorem in eo existentis: quamvis Status præstantior ex seipso iuuet ad feruentiorem tutioremque vitam ducendam.

## §. II

**Q**UID QUID hætenus diximus, non edendit, vt Sacerdotes peccatores desperent, aut animum abijciant; sed vt horrore de suis peccatis concipiant, & statim pœnitentiam agant. Si enim verè pœniteant, vitamque improbam corrigant: tanta est Diuina misericordia (quod superius dicere cœpimus) vt sicut filium prodigum ad se redeuntem recepit, a primamq; stolam, annulum, & calceamenta prima restituit, & locum & honorem, quem prius habebat, ei reddidit: ita ipsi sit redditurus gratiam suam, & charitatem omnemque honorem, ad ipsorum statum pertinentem. Quemadmodum est pulcherrimè depictum in magno quodam Antiquæ Legis Sacerdote, qui vocabatur b *Iesus, filius Iosedeb,* quem vidit *Propheta Zacharias indutum vestibus sordidis, & Sathanam stantem a dextris eius, vt aduersaretur ei.* Et simul Angelum Domini cum alijs Angelis, vt illum defenderent: quem Iesum cum Angelus compunctum videret, conuersus ad Sathanam grauitè illum reprehendit, dicens: *numquid non iste torris erutus de igne? quid illi molestus es? & astantibus Angelis dixit: auferite vestimenta sordida ab eo, & ponite Cidarim mundam super caput eius: & ita fuit factum.* Et dixit Angelus ad eum: *Ecce abstuli à te iniquitatem tuam, & indui te mutatoris, & vestibus preciosis. Et contestabatur Angelus Domini Iesum dicens: Hac dicit Dominus exercituum: si in vis meis ambulaueris, & custodiam meam custodieris: tu quoque iudicabis dorsum meam, & custodies atria mea, & dabo tibi ambulantes tecum aliquos de his, qui nunc hic assistunt.* Quibus verbis magis proprijs & ad rem ipsam pertinentibus exprimi potuit fauor, & studium Dei erga Sacerdotem pœnitentem, etiam si improbus valdè fuerit? Cuius malicia in eo consistit, quod vestes habeat turpes & sordidas. Quemadmodum enim Sacerdos duplices habet vestes: quasdam communes, quibus vititur, cum agit & versatur cum alijs hominibus; alias sacras, quibus tantùm vititur, dum celebrat Diuina mysteria, & harum maculæ sunt multò turpiore: ita duplex est genus culpa-

rum

rum eius, quibus internas animæ vestes commaculat: quædam sunt culpæ contra præcepta & leges, quæ omnes Christianos obligant; aliæ multò turpiore, quas admittit contra sacra mysteria & Sacramenta, quæ administrat: in quibus quamdiu persistit, *Sathan stat à dextris eius, vt aduersetur ei.* Apud autem dicitur *stare à dextris*, & non à sinistris, quia ille est victor: miser autem peccator, tanquam victus & captus, qui nisi, dum viuere, pœnitentiam agat, eueniet ei quod dixit Dauid: *c constitue super eum peccatorem* & *Diabolus stet à dextris eius: cum iudicatur, exeat condemnatus. Fiant dies eius pauci,* & *Episcopatum eius accipiet aliter.* Quamdiu tamen vita perdurat, diuina misericordia semper est parata admittere eius pœnitentiam: *cor enim contritum & humiliatum nunquam despicit.* Et Angelis custodibus committit, vt Sathana se opponant, eius fraudes & calumnias euertant; vt pœnitentem protegant ac tueantur. Scriptum est enim: *e impietas impij non nocebit ei, in quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua.* Quare si peccator sua peccatorum fluentia represserit: Deus etiam fluxum continebit suppliciorum, Dæmonumq; impetus reprimet, qui conabantur eum consumere vsque ad cineres. Et hoc est quod Angelus dixit Sathana: *in crepet Dominus in te Sathan: nunquid non iste est torrus erutus de igne?* Torris enim erat ardens igne suarum concupiscentiarum, & carnalium ac terrenarum cupiditatum; & propè erat vt totus combureretur, & absumeretur: Deus autem, eius misertus, tetigit eius cor, & ad pœnitentiam & lachrymas propter sua peccata impulit: quarum causa illum eripuit ab illo igne: ne omnino combureretur & consumeretur. Ne itaque abijcias animum, ô peccator, etiam si obfuscatum & quasi torrem grauibus peccatis denigratum flammisq; passionum tuarum ardentem te videas: sed conuertere ex corde ad Deum tuum, geme, & improbam tuam vitam defle, proponens firmiter emendationem: quia Deus misericors est, & potens, vt ab isto igne te eripiat; & primam tuam pulchritudinem tibi reddat. Hoc est quod Dominus dixit compuncto & conuerso illi Sacerdoti: *Ecce abstuli à te iniquitatem tuam, & indui te mutatoris.* reddidi enim tibi stolam primam gratiæ & charitatis: reliquaque virtutes & supernaturalia dona, quæ illam comitantur & exornant. Vicitur autem vocabulo mutatoriarum vestium, quæ sunt festiua, quibus non quotidie vtuntur homines; sed in diebus maioris lætitiæ, aut cum auctoritatē suā ampliùs manifestare volūt. Vt sic significaret, se etiam spirituales vestes Sacerdotalis dignitatis proprias, ei tradere: cū quibus dignè posset sua ministeria obire. Ac propterea loquens cum Angelis addit: *ponite cidarim mundam super caput eius:* auferte quam priùs habebat valde maculatam; & candidam ac mundam aliam ei imponite, exornantes eius caput (quæ pars est spiritus superior) puritate & sanctitate, quam eius dignitas exigit: tuentes & adiuuan-

c Psal.  
108.6.d Psal. 30.  
19.c Ezech. 33.  
12.

Psalmus  
102. 2.

tes eum, vt temper in potterum meis seruitijs insistat; meamque gloriam purè in omnibus, quæ fecerit, quærat. O Diuinæ misericordiæ altitudinem, quæ ad eò liberaliter miseræ nostræ compatitur. *f. Benedic anima mea Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius: qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas, & pre omnibus, qui coronatur in misericordia & miserationibus;* textit enim preciosam valde coronam et immensis suis misericordijs, quam tuo capiti imponit, protegens te paterna sua protectione, vt in eius amore perseverans, promissam tibi gloriosam coronam consequaris. vt autè clariùs agnoscas magnitudinè harum misericordiarum: audi duos fauores & singulares benevolentias, quas hic Dominus Sacerdoti illi pœnitenti promittit; si in obseruatione mandatorum eius perseveret; quas eisdem offert cuicumque alteri pœnitenti, ac dolenti de mala sua vita, & negligentia in suo officio. *Primus* fauor ac beneuolentia est, quod illū admittit ad sua officia obeunda cū ea auctoritate & spiritu, quem illa exigunt. *Iudicabis*, inquit, *domum meam, & custodies atrium meum;* templum scilicet meum, quasi diceret: auxilio meo tibi adero, vt plenè impleas Sacerdotij ministeria: ita vt Sacrificium Missæ offeras, vt oportet; & Iudicis officium in domo Dei obeas, vt remittere possis peccata, quæ pœnitentes confitentur; zelesque Ecclesiæ honorem in omnibus ad cultum Diuinum spectantibus. Et quoniam solus non sufficies ad ret adeò excelsas præstandas, alterum offero fauorem: *& dabo tibi ambulantes tecum de his, qui nunc hic assistunt,* Angelos scilicet aliquos, qui in mea præsentia assistunt, tibi assignabo. Nam, præter Angelum cuiusque Christiani custodem, dat Deus Prælati Ecclesiæ alios 'Angelos', qui in suis officijs illos iuuent. Et credendum est, etiam assignare omnibus Sacerdotibus propter celsitudinem duorū ministeriorum, quæ obeunt: sacrificandi scilicet, & confessiones audiendi. Vt subsidio illis sint ad exactam eorum executionem; aut saltem tempore necessitatis, aut imminenti periculi mittit subsidium aliquod Angelorum, quemadmodum misit *g. Eliseo Propheta*: vt eos tueantur ac defendant ab eorum hostibus, qui rabie quadam contendunt Sacerdotum eorum ministeriorum fructum impedire.

g. 4. Regum  
6. 17.

## CAPVT XIII.

SACERDOTIBVS ETIAM IMPROBIS HONOR EST  
*deferendus; quos tamen vera virtutes reddunt magis  
 venerandos.*

**P**ROPTEREA QUAE DE PECCATIS aliquorum Sacer-  
 dotum diximus: non debent saeculares accipere occasio-  
 nem eos contemnendi. Quod enim Deus aliquid permittat  
 in pœnam eius, qui est reus: non statim potestatem facit in-  
 strumento punienti, vt rationis leges transgrediatur. Quare,  
 etsi Deus iuste permittat improbum Sacerdotem contemni: reipsum ta-  
 men etiam puniet Deus, eò quod iniuste eum contemnas. Quamuis enim  
 honorem ille non promeretur ob improbam suam vitam: est tamen illi  
 debitus propter Statum Sacerdotalem, in quo manet. Disce (ait S. Grego-  
 rius) à a Rege: *Dauidè, qui noluit mittere manum suam in regem saulem,*  
 quamuis sciret eum esse impium & reprobam à Deo; sed quia *Christus*  
*Domini erat,* noluit ipse eum punire. Cum igitur Sacerdotes sint Christi,  
 hoc est vncti Domini, & consecrati ad Sacrificium ei offerendum: ne au-  
 deas tu de eis murmurare, aut obloqui, aut alio modo iniuriam eis infer-  
 re, aut contemnere: memor eius, quod scriptum est: *b Nolite tangere Chri-*  
*stos meos: & in Prophetis meis nolite malignari; & c qui tetigerit vos, tangit pu-*  
*pillam oculi mei.* Memor esto (ait S. Chrylostomus) Christum Domi-  
 num nostrum dixisse: *d qui vos spernit, me spernit.* Et quamuis Deus indig-  
 norum Sacerdotum vitam non approbet: propterea tamen non desinet  
 eos honorare, eadem opera præclara per eos faciens, quæ facit per dignos.  
 Nam per indignos verè, baptizat, consecrat, absoluit, & iustificat. Cum  
 igitur ab eis etiam indignis accipias hæc dona: æquum est, eosdem hono-  
 rare ac venerari. Quod si malis etiam prælatis est parendum & e *omnia*  
*quæcunque dixerint seruanda sunt & facienda,* etiam si ipsi mali sint: eò quod  
*super cathedram Christi sedeant:* pari ratione sunt venerandi: Quemadmo-  
 dum enim loquitur per malos prælatos verba, quibus obedire debes: ita  
 per eosdem egregia & præclara facit opera, quæ merito debeas venerari. In  
 qua re Deum ipsū plurimum honoras: deferendo enim honorem Sacerdo-  
 ti, qui ob suā malā vitam honorē non promeretur: satis apertè ostendis te  
 in eo Christum honorare; & ipsius tantū amore venerari eius ministrum;  
 tantique facere dignitatem ei ab ipso Christo collatam: vt improba mi-  
 nistri vita non te impediat, quod minus eum honorem deferas dignitati:  
 quem si subtrahas, indicium est, te parui facere ipsam dignitatem. Ac pro-  
 pterea S. Ignatius martyr dixit: *Qui Sacerdotes inhonorauerit, Deū in-*  
*honorat, & Dominum Iesum Christum primogenitum omnis creaturæ*

Lib. 2. Epist  
 31.  
 2. 1. Reg.  
 4. 7.

b Psal. 04.  
 15.  
 c Zach. 2. 8  
 Homil. 2. in  
 2. Timot.  
 d Luc. 10. 16

c Matt. 23. 3

Epist. 10. ad  
 Smirnenf.

Quod



Quod si non est honor denegandus Sacerdoti, eò quòd sit improbus: imò minus est denegandus, eò quòd sit pauper. Si enim diuitem tantum nobilem, aut potentem honore prosequaris: certum præbes indicium, quòd mundanum tantum honorem deferas, propter deuitias, nobilitatem, aut potestatem quam in hoc mundo habet; non verò quòd Sacerdos sit Christi: siquidem non defers honorem pauperi, qui æquè Sacerdos est, atque diues. Si Sacerdotium veneris; vbiunque illud sit, est venerandum: eò quòd insigne sit Christi, & participatio altissimi eius Sacerdotij: summam reputans felicitatē (quod S. Catharina Senensis faciebat) quod possis terram osculari, quam ille calcat; agnoscens in eo ipsum Christum. Propterea siquidem Ecclesiasticus vtrumque honorem coniunxit, cum dixit: *Firma te anima tua time Dominum, & Sacerdotes illius sanctifica. Honora Deum ex ta anima tua, & honorifica Sacerdotes.* Vt autem facilius intelligatur de honore sit sermo, subiungit: *da illis partem, sicut mandatum est tibi, primitiarum & purgationis, & oblationis:* Nam hic honor alimentorum debetur etiam parentibus. Et quamuis illi mali sint: non propterea sunt illis hæc dona deneganda: siquidem neque ipse Dominus propter illorum improbitatem auferit illis facultatem dandi nobis dona sua, quæ sunt diuina.

In eius vita

f. Ecl. 7. 31.

Epist. 137. ad  
Hispanenses.

SE D ne silentio prætereamus duo alia insignia documenta magni Doctoris Ecclesiæ S. Augustini, quorum alterum tradidit suis ciuibus & lauditis Hispanensibus, dicens eis: etiam si vnus Clericus, aut Monachus esset improbus: ne statim reliquos ipsi tales esse existimarent: sicut non propterea, quòd vna vxor sit adultera, existimandum est, omnes esse adulteras: cum in omnibus statibus sint mali & boni. Et quando Sancti reprehendunt scelestos Sacerdotes: nō existimant omnes esse tales; siquidem etiam laudibus extollunt bonos, Et pot' ù: quemcunq; non videris esse apertè malum; existimare debes esse bonum. Et quamuis deprehendas illum in re aliqua malum: non debes cogitare eum esse in omnibus talem, cum possit in multis esse bonus; nec si videas in aliquem actum malum impingisse; credendum est, temper illum in eundem impingere: nam qui hodie sacrum Missæ cum exigua reuerentia peregit: cras fortè faciet cum valde magna. Tutius autem erit apud te exulare, quantum fieri poterit, defectus & lapsus Sacerdotum, aut certè oculos claudere, ne illos videas. Quemadmodum magnus ille Constantinus noluit legere Memorialia querelarum, quas alij Episcopi contra alios scripto proponebant. Cuius exemplo vtitur S. Gregorius ad Mauritium Imperatorem, petens ab eo vt Sacerdotes magno in honore haberet. quos Deus ipse ita honorat, vt vocet Angelos ac Deos. Alterum Documentum S. Augustini est: ne quis ex malo improbi Sacerdotis aut Prælati exēplo, malum facere discat; siquidem non propterea (ait) erit excusatus. Si enim dixerit Christo; Domine vidi

Lib. 4.

Epist. 75.

Serm. 40 de

verbis

Dm.

22

caum

tum Sacerdotem impiè viuentem : ac propterea ego eodem modo vixi. Respondebit tibi : serue nequam, non sciebas quid ego de talibus Sacerdotibus dixerim : *g quacunq; dixerint vobis seruate & facite, secundum opera verò eorum nolite facere.* Quod si vrgeas ; Domine Episcopi & Clerici non faciunt, quæ tu iubes, ergo cogere me vis ad ea facienda ? Attende, re in hac controuersia non quærere bonum patronum, ad tuendum ius, quod reuera non habes ; sed socium alium adhibes eiusdem pœnæ dignū. Nunquam enim Christus Dominus patrocinabitur in iudicio ei, qui sua peccata excusauerit, quòd improbum aliquem sit imitatus. Et quem admodum cum Dæmon aliquos decipit, non id facit, vt cum eis postea regnet ; sed vt simul pœnas cum eis sustineat ; ita quicumque improbos imitantur ; socios sibi adiungunt, cum quibus in inferno pariantur ; non verò patronos, aut tutores, cum quibus regnent in Paradiso. Tutius ergo est, cum Deus in Ecclesia sua multos habeat bonos Sacerdotes, illos in vita imitari, vt tui sint socij & aduocati in gloria. Sacerdos igitur consilium illud S. Hieronymi amplectatur dicentis : Si in Clericum electus fueris, agito quæ Clerici sunt, & inter ipsos sectare meliores : quia in omni conditione & gradu optimis mixta sunt pessima : hæc debes fugere, & illa amplecti, conando strenuè mortificare, & ex anima tua prædicta vitia euellere, contrarijs verò virtutibus eam exornare. Nec satis tibi sit excellentia & virtus exterior, quæ exterius tantum nitet ; sed interiorem habere stude, quæ spiritum reformat. Parum certè tibi proderit, quòd in tuis exterioribus, quæ homines vident, compositus valde sis, & exemplum ædificationis præbeas : si interiora, quæ solus Deus videt, & vbi Christus præcipuè inhabitat, sis turpis ac deformis. Compellabit enim te Saluator noster *h sepulchrum dealbatum, quod foris apparet hominibus speciosum, intus verò plenum est ossibus mortuorum & omni spurcitia.* Quid enim magis horrendum esse potest, quàm Sacerdotem, qui viuentis Christi sepulchrum est viuum, admittere simul fœtida mortuorum ossa, hoc est vitia & peccata, Et quid prodest, *mundare quod de foris est calicis, in quem reponendus est sanguis Iesu Christi : si intus est sordibus, & immundicia plenus?* dicet tibi ipse Dominus : *Pharisæe, & Sacerdos cæce, munda prius quod intus est calicis, vt fiat id, quod de foris est mundum.* Si enim interior pars corrupta est, non poterit diu consistere virtus, quam exterius præfers. Nam statim vitium erumpet exterius, & ex suis actibus se proderit : si autem interior pars sit munda ; ex ea fiet, vt opera prodeant munda & perfecta ad honorem Dei, & bonum promorum exemplum.

g Matt.  
23.2.h Matt. 23.  
27.

versu. 25.

Quod si tunc homines malitia sua te contempserint : Deus tuebitur te

Tom. 4.

N

tuasque

Num. 12. 1  
k c. 16. 43

6. 17. 8.

m Num. 16

46.

n Eccli. 50

tuasqueaget partes, sicut egit partes Moyſis, cū nā ſua lorore i *Maria*  
contemneretur; & cum k *populus murmuraret* contra ipſum & Aaron de-  
ſcendit enim gloria Dei ad eos honorandos, & protegendos; & ingenti  
alio miraculo honorauit & confirmauit ipſum l *Aaron in Sacerdotio*. Eū  
enim valde propenſus Deus ad honorandum eos, qui ipſum honorant; &  
libentiſſimè videt bonos ſuos miniſtros ab aliis in honore & veneratio-  
ne haberi. Quod ſi magna damna proueniunt ex occasione improborum  
Sacerdotum: etiam ſunt ingentia valde que glorioſa bona per bonos Sa-  
cerdotes prouenientia: per quos etiam damna improborum reparantur.  
m *Aaron enim accepto thuribulo & hauſto igne de altari flammam extinxit*  
que *populi multitudinem vaſtabant*. Samuel etiam damna reparauit, que pro-  
uenerant ex negligentia Heli; & Eſdras, quæ orta fuerant ex peccatis Ro-  
gum iuda; & ſummus Sacerdos n *Onias ad eū fecit egregia facinora in po-  
pulo ſuo, vt Eccleſiaſticus non faciat finem ea exaggerandi: que propterea  
confert cum rebus omnibus preciſis cæleſtibus ac terrenis. Quam obrem  
ſummo fuit honore dignus; & qui eum fuerint in ſanctitate imitati, affi-  
cientur à Deo præmijs eiſdem gloriæ. Denique celiſtudo & ſanctitas Sa-  
cerdotalis ſtatûs & ingentia bona, quæ per Sacerdotes accipimus, in-  
notefcent magis ex præſtantia & vtilitate miniſterio-  
rum eorum, quam in ſequentibus tra-  
ctatibus fuſius propo-  
nemus.*

